Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Ex Ivre Germanico, De Termino Effectvvm Civilivm Matrimonii A Qvo

Kilonii: Stanno Bartschiano, 1749

https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1866203509

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1866203509/phys_0001
DFG

Kl. L. — 197 (16.)
Kl. L. — 197 (16.)

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1866203509/phys_0002
DFG

EX IVRE GERMANICO,
DE
TERMINO EFFECTVVM CIVILIVM MATRIMONII A QVO,
FRIDERICIANIS AVSPICIIS
DISPVTABVNT
IO. CAROLVS HENRICVS DREYER, D.
IVRIS GERMANICI PROF.
ET
IO. IACOBVS EWALD.

DIE XX DECEMB. CIↃ IↃCC XXXXIX.
H. L. Q. C.

KILONII, STANNO BARTSCHIANO.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1866203509/phys_0005
DFG

DE TERMINO EFFECTVVM CIVILIVM MATRIMONII A QVO. DISPVTATIO IVRIS GERMANICI.

§. I.

Valde agitata, nec tamen ſopita prorſus & compoſita inter ICtos de *de termino effectuum matrimonii ciuilium a quo*, communionis bonorum, ſucceſſionis &c. eſt diſceptatio, quae, ad diuerſa quae quisque pectore circumtulit principia, expenſa ventilataque diſſenſus non potuit non parere & ſententiarum diuortia. Acta autem eſt fabula eorum, qui decreta Latii reſpicientes, *conſenſum matrimonii cauſa interpoſitum & per deductionem in domum mariti legitime declaratum* (a) ad producendos effectus ciuiles & ad percipienda connubialia lucra, portionis ſtatutariae, dotalitii &c. arbitrati ſunt; Pulſa a pomoeriis noſtris etiam ſententia eſt, qui *benedictionem ſacerdotalem* attendi iubentes, (b) eaque peracta, ſi non deduci ad genialem thorum, ſed ad tumulum lugubrem efferri vxorem vel maritum contigerit, ad impetranda reciprocae ſucceſſionis aliaque commoda ex communione bo-

Diſſenſus ICtorum in termino effectuum ciuilium matrimonii a quo.

norum (quae quidem ipsa hierologia inter coniuges inducatur) (c) oriunda, viam stratam munitamque superstiti contendunt. Id vero certissime constat & tyronibus exploratum habetur, neque *consensum*, neque *in domum deductionem*, neque *sacerdotalem consecrationem* quicquam ad rem facere, sed Germanos *perfectum* matrimonium, (quod praeter consensum copulam parochi requirit,) distinguere a *consummato;* a *consummato* autem eos suspendere effectus quoscunque ciuiles; ad *consummatum* vero matrimonium, aliquid quod sensus incurrat, requirere eorum iura. Sponsa enim mansit sponsa, etsi festus apparuerit dies, etsi tubicines & tympana sonuerint, etsi sacerdotalis vox audita, etsi largiter exhaustae paterae, etsi pulsata tellus. *Conscensendus* erat *thalamus* & in illum adsumenda sponsa. Tunc enim ex sponsa facta est vxor, *conthoralis*, *contectalis* (d) thori socia, bonorum iuriumque adsecla particepsque, iure instructa seruis ancillisque imperandi, & pro dignitate mariti famulitio, satellitibus eius aliisque commodis vti. Id quod extra omnem dubitationis aleam adeo est constitutum, vt qui vulgatissimum iuris Saxonici (e) & Allemannici (f) canonem: *Das Weib ist auch ihres Mannes Genossin als sie in sein BETTE tritt; sie muß sein Genoß sein, wen sie in sein BETTE gath*, legumque *omnis Germaniae* (g) argumenta, quae lucra matrimonialia, portionem statutariam, doarium &c. vxori cedere iubent, *wen das Ehebette beschritten, wen das Beylager geschehen, und die Decke beschlagen, si strato maritali copulata fuerit vxor* (h) in alium, quam hunc sensum rapuerint, vel in luce caecutire, vel clausis oculis Andabatarum more pugnare prorsus videantur.

qui I.R. pendent ex con-

(a) Ex quo enim *confarreatio* & *coemtio* vsu desiit in Latio, sola *domum deductio*, Dei Domiduci & Iunonis praesertim, tanquam praesidis

sidis nuptiarum auspiciis facta, (qua quidem consensus in matrimonium legitime declaratus fuit,) de substantia matrimonii erat, eaque praecipuus nuptiarum ritus, quo & domicilium sponsa mutabat & nuptiae perficiebantur, quamuis nondum in cubiculum venisset vxor. Ergo matrimonii effectus facta deductione in domum mariti, tanquam in domicilium matrimonii, e vestigio secuti. Inde enim est, quod ad domum *absentis* etiam deducta, thalamo nondum conscenso, maritum defunctum lugere iubeatur, & quod eo casu virgo & dotem & actionem de dote habere dicatur. *l. 5. 6. ff. de R. N.*, siquidem mulier absenti per literas eius vel per nuntium nubere potuit, si in domum ipsius deducatur, absens contra ex litteris vel nuntio suo a marito duci non potuit. *l. 96. §. 3. ff. de iure dot.* PAVLVS *Sent. L. II. Tit. 19. §. 8.* Nam deductione opus fuit, non in domum vxoris, sed in domum mariti, quae absente etiam marito a parentibus vel ab amicis eius fieri potuit, BRISSONIVS *Select. Antiqu. L. I. c 18.* Ad FRANCISC. DVARENI *tit. de R. N. n. 82.* obiectionem, qui putauit, deductionem hanc necessariam non esse, sed ex iure ciuili sufficere mutuum consensum, apte respondit SCHILTERVS *Exercit. ad ff. XXXVI. §. 58. p. 349.* Rem omnem ad liquidum deduxit accuratae & solidae doctrinae ICtus GEORG. HENR. AYRERVS *de iure connubiorum apud Romanos §. 14.* & conficiunt *l. 5. ff. de ritu nupt. l. 30. de R. I. l. 15. ff. de condit. & demonstrat. l. 32. ff. ad municipal. l. 6. C. de donat. ante nupt. l. 13. §. 8. ff. ad l. Iul. de adult. l. 17. 18. §. vlt. ff. de reb. aut. iud. poss.* vbi *deducta* habetur pro *vxore*. Parum autem iudicii opus est ad intelligendum, quam frustra haec disputentur in foris Germaniae, & quam insipidis commentis proxime accedant, quae, vt diuini humanique iuris consors fiat Caia, atque vt vna domus sit, communia bona, promiscuus vsus, successionis lucra ex *deductione in domum* apponuntur, & vel his argutiis exornantur: Zonam soluendam haberi debere pro soluta, in primis cum sponsae nihil tribuendum aut imputandum videatur, si in torum non veniat, nec a marito recipiatur. Quo fit, vt sponsalibus de praesenti, quae tamen BOEHMERO *iure eccles. Protest. T. III. L. 4. tit. 1. §. 5.* docente, ne iura quidem Romana norunt, effectus ciuiles tribuere & Sponsum Sponsamque ad lucra statutaria admittere animaduertas TIRAQVELLVM *de legibus connub. gloss. 2. n. 1.* PECKIVM *de testament. coniug. L. 4. c. 9.* DASSELIVM

sensu matrimoniali, deductione in domum declarato.

ad quam in Germania non attenditur.

LIVM *ad consuetud. Luneburg. art. 8. n. 11.* HEIGIVM *P. II. qu. 28. n. 15.* COTHMANNVM *Vol. II. Resp. 78.* BERLICHIVM *P. III. concl. 25. n. 6.* GAILIVM *L. II. obs. 50,* addita illepida ratione: pro coniugibus, pro marito & vxore sponsum sponsamque haberi & pro paribus iudicari *l. pen. ff. de Donat. inter. Vir. & vxor. l. 4. ff. de fundo dotal. l. 2. C. de bonis matern.* proindeque lucri, quod statuto vel pactis dotalibus coniugibus addictum est, participes fieri omnino. Spinosa mihi, vti quidem MINSINGERO *Cent. VI. obs. 78. num. vlt.* ac difficilis, quae imperatoria decisione indigeat, non videtur haec quaestio, quam sane in negatiuam, & quod incassum abeat, quicquid etiam pro obtinenda portione statutaria moliretur tentaretque superstes, luculentissime decidunt instituta, de quibus sermo est, Germanica. Illa autem perperam e legibus Quiritium conuelluntur, nisi quidem imperite adfirmetur, ius Romanum hac parte esse ius necessarium & vniuersale, ac Teutonum consuetudinem rationi contrariam. Sat est, hic agi de matrimonio perfecto & consummato in ordine ad effectus iuridicos, sat est, ita habere vsum nostrum ac modum, ne effectus illi consequantur, nec prius socia fiat in domum deducta, quam recubuit in lecto.

hinc sententiae de successione desponsatorum explosae.

(b) In qua quidem haeresi sunt BVSIVS *ad L. 5. ff. de rit. nupt.* DECIVS *cons. 577.* HENELIVS *de iure dotalitii c. 4. §. 2.* PHILIPPI *ad decis. elect. 49. obs. 2. §. 36.* HENR. COCCEII *differentiis iuris ciuil. & Marchici tit. 34. §. 4.* LAVTERBACHIVS *de aere alieno in societate coni. contract. soluendo §. 12. n. 9.* NEOSTADIVS *rer. iudicat. Hollandiae c. 15.* IO. CHRIST. SCHROETERVS *de portione statutaria thes. 17.* GROTIVS *Isag. ad ius Batau. L. I. p. 5. n. 24.* IO. MAVRIT. WEYER *de communione bonor. coniug. P. I. thes. 12.* DORRIEN *de commun. bonor. statut. Hildes. Sect. 2. c. 1. §. 1.* ZERRAN *de communione bonor. secund. ius Lubecens. considerat. c. 1. §. 5. p. 5.* BRÜCKNER *decis. matr. P. I. §. 1. 3.* SCHMIDIVS *comment. iuris Boici L. I. art. 1. n. 85. Tom. I. p. 18. edit. nouiss.*, quorum illud est carmen, societatem bonorum & successionem, inchoatam omnino & inductam censeri debere, iam ab eo ipso tempore, ex quo sacerdotis solemnia & stata verba audita sint, & quando matrimonium fuerit *ratum.* Sed de *rato* matrimonio (quod ante consummationem verum esse matrimonium & effectus ecclesiasticos operari nemo dubitat), non est quaestio, sed cardo in hoc vertitur, quod ratum illud matrimonium

An incipiant post hierologiam & si matrimonium sit ratum.

negatur, & ad consummatum respicere Germanos ostenditur.

nium, effectibus ciuilibus destituatur, nisi fuerit *consummatum*. Perperam de vinculo matrimonii indissolubili disseritur, vbi de *consummatione* & implemento negotii & communione, & vero, non ficto vxoris nomine disceptatur. Sat enim est, maiores nostros, etiam cum consecrationem recepere, & Iudaico & Christiano more copulantur, initium communionis & veri matrimonii distulisse, & vel ita rationes subduxisse: vbi nulla matrimonii consummatio & tori communio, ibi nulla matrimonialia lucra, dotalitii, morgengabae, portionis statutariae &c. Matrimonium autem publica consensus declaratione & copula sacerdotali *consummari*, vti quidem *consultiss.* D. MATTH. HIERONYM. SCHELIO *de portione statut. Hamburg. Sect. 2. §. 7.* excidisse video, nemo facile dixerit, nisi qui legibus & canonicis & Germanicis infra adcitandis in faciem opponere praesumserit & leuidensi contradictione gloriolam in mustaceo quasi quaerere. Quae caeterum ad profligandum erroneum dogma contulerunt GEORG. MELCH. LVDOLFFVS *de iure feminarum illustrium P. II. c. 2. p. 107.* GVNDLINGIVS, *vir magnus, de emptione vxorum & Morgengaba c. 4. §. 9.* HARPRECHTIVS *infra alleganda diss. c. 1. §. 13.* non repeto, & ne nouaturientium DDrum foetus & cerebellum hic quisquam crepet, adscribam verba sententiae curialis Lipsiensium Scabinorum, cuius meminit CARPZOVIVS *P. III. c. 19. d. 11. n. 7: Ob nun wohl albereit in öffentlicher Kirchen-Versammlung die Priesterliche copulation verrichtet, und er vier Tagen vor seinem Tode auch ehelich getrauet worden, da er aber dennoch mit euch nicht ehelich beygelegen, noch das Braut-Bette, allermassen solches nach Sachsen-Recht nöthig ist, beschritten hätte, so habt ihr euch dasjenige, so sonst den überlebenden Ehegatten aus des verstorbenen Gütern gebühret, nicht anzumassen.* Ipsum tamen MEVIVM, pragmaticum iuris Lubecensiis interpretem, *ad L. I. art. 14. n. 10.* in scopulos impegisse, & statuto suo luridam sententiam inuexisse, cum lucra statutaria ex tempore hierologias iure Lubecensi deriuauerit, admodum miror. At si alia multiplicia argumenta non essent in promptu, refelli is atque in fugam dari potest vel hoc vnico, simplici & in sensus incurrente, illo scilicet, quod iure Lubecensi portio statutaria deferatur *coniugibus*. Iam vero non prius coniuges, aut vxor & maritus audiunt sponsus & sponsa, quam thorum coniugale ingressi sunt, vt adeo inde coniicere queamus, thori ingressum inter requisita ac-

Schelii sententia notatur.

itemque Meuii de portione statutaria Lubecensi locum habente Sponsa ipso nuptiarum die post B. S. occumbente

quirendae portionis ſtatutariae omnino numerandum eſſe. Nec in hunc vsque diem ſtatim poſt hierologiam, ipſo nuptiarum die, ſed altera demum ſequente, antecedente prius conſcenſione thori, ſalutatione viri & vxoris *Mann und Frau* excipiuntur, certiſſimo indicio, non benedictione ſacerdotali *conſummatum* cenſeri matrimonium, ſed *conſummationem* quoad effectum ciuilem operari lecti genialis ingreſſum. Parum autem me mouet, quod in iure Lubecenſi de neceſſitate conſcenſionis thalami ad acquirendam portionem ſtatutariam nil habeatur verbis expreſſum. Nam vti quoad dotem petendam *L. I. tit. 5. art. 5.* accubitus diſerte requiritur: *Wird einem eine Braut mit gewiſſen Brautſchatz zugeſaget, ſtirbt ſie denn ehe und zuvor das Beylager vollzogen, ſo darff man den Brautſchatz nicht erlegen;* ita nullus video, quare haec diſpoſitio locum ſibi non vindicare poſſit in portione ſtatutaria. Et hoc eſt, quod Ill. CHRIST. *de* NETTELBLADT *diſſ. de portione ſtatutaria Lubecenſi p. 68. n. 2.* iam pridem docte perorauit contra ſuperſtitioſas, inſufficientes omnique concluſionis nexu deſtitutas rationes MEVII, (eum autem vt grus gruem ſequitur ADR. BEIERVS *ad Synopſin Inſtit. Schultzi Diſp. 12. p. 699.*) quae eo redeunt ſummatim, quod dos conſtituatur pro ferendis oneribus matrimonii, quae nulla ſunt, illo non ſecuto; ſtatutaria portio vero conſtituatur propter amorem coniugalem & incitamentum ad faciliores nuptias; quod illa ſoli marito, haec ſuperuiuenti coniugi debeatur; & denique quod illius cauſa finalis incipiat & expiret cum matrimonio, huius vero per ſponſalia incipiat & poſt ſolutum matrimonium duret. Vt vero in ſubſidium aduocetur SPECVLATOR SAXO *L. III. art. 14: Der Man iſt ſeines Weibes Vormund zur hand als ſie ihm angetrauet wird*, operae certe ſuperuacuae eſt, qua nihil proficitur. Quotusquisque enim eſt, qui lectis & perpenſis his, quae verba memorta antecedunt & conſequuntur, non intelligat, de ſpecie hic agi, de vindicta ſcilicet iniuriae, cuius deſponſatae illatae vindictam Sponſo indulgent Saxonica iura, Nec haec iure ciuili Sponſo denegatur *l. 15. §. 24. ff. de iniuriis*, BERGERVS *Oeconom. iur. L. 2. tit. 4. §. 43.* Ex hoc vero ad ſucceſſionem & ad alias effectus ciuiles argumentari, optima cohibeor rarione. Quam ob rem etiam non percipio fundamentum doctrinae & diſtinctionis GODOFR. BARTHII, qui *diſſ. de marito vſufructuario Saxonico c. 2. §. 3.* conſcenſione thalami ad effectum ſuccedendi opus rect

nec non Barthii de initiis vſusfructus maritalis poſt eandem.

qu

quidem perhibuit; illam vero non respici putauit, sed momentum consecrationis sacerdotalis, si de *vsufructu* illatorum a marito consequendo agatur, minus recte pronuntiauit. Sed aliter puto, & distinctionem susque deque habeo. Nam *vsusfructus*, qui marito in bonis ab vxore illatis, siue dotalibus siue parapharnalibus cedit, (liceat mihi ore romano loqui) est ex *tutela*, quae moribus Germanorum est potestas cum vsufructu & alendi onere coniuncta. Atqui vero, cum in tutelam mariti vxor demum transeat matrimonio per conscensionem thalami consummato, *Ius* SAXON. *III. 31. 41*, consequitur effectum tutelae, qui maritalis vsusfructus est, se antea illam consummationem haud exserere. Quam enim in §. 1. d. l. BARTHIVS illationem a tutela ad vsumfructum non procedere autumatur, eum I. G. vt argumentum quod ab effectu ad causam nectitur, omnino procedere curatissimi & emunctiorum narium ICti docuerunt, LVDEVIGIVS nimirum *differentiis I. R. & G. in fruct. attribut. tutel. fructuar. diss. 1.* HEINECCIVS *de marito tutor vxoris legitimo c. 2. §. 16.* GAERTNERVS *de distinct. inter dotem & paraphern. §. 6.* BERGERVS *de discrimine bonor. vxor. §. 17. de* PVFENDORF. *doctissima obseruat. de tutela fructuaria, quae legitur T. I. Obseruat. p. 119 & in Miscellis Estorianis Vol. III. P. II.* Et quae §. 3. idem BARTHIVS, addit argumenta, quod a negatione successionis ad negationem vsusfructus tanquam a separatis non valeat argumentatio, siquidem vsusfructus ex causa onerosa marito debeatur & in compensationem onerum matrimonii, quousque ea sustinet *l. 19. ff. de O. & A. l. 2. C. de iure dotium*, successio vero mere lucratiua sit, haec inquam argumenta, hyeme Gallicana multo frigidiora, & ex puteo iuris ciuilis, quo patria arua incaute irrigantur, hausta adeoque hic loci ne hilum quidem esse proficua, vel oscitantiam prae se ferre BARTHII, certe non intelligentis, quod vtriusque vsusfructus diuersa immo diuersissima ratio sit, quisque intelligit, me etiam non monente. vid. SPENERVM *de vsufruct. marit. Sect. 2. §. 24.*

(c) Quo tamen dogmate instructae sunt consuetudines quaedam GALLICAE, in his PARISIENSES *art. 220:* "Homme & femme conjoints ensemble par mariage, sont communes en biens, meubles & conquests immeubles faicts durant & constant ledit mariage & commence la *communauté du iour des* espouisalles & *benediction nuptiale*; consuetudines de BAYONNE *tit. 9. art. 24.* SEDAN. *art. 79.* DOVRDAN. *art.* reliquiae erronei dogmatis in statutis Gallicanis.

art. 77. CLERMONT. *art. 179.* VALOIS *art. 94.* RHEIMS *art. 139.* AMIENS *art. 98.* *Duché de* BOVRGOGNE *cap. 2. art. 2.* NIVERNOIS *cap. 23. art. 2.* ORLEANS *art. 186.* ROCHELLE *art. 48.* CAMBRAY *tit. 7. art. 7.* De iure Erfordensi nouissimo an. 1704 *tit. IV. §. 15.* in eadem eunte, vide STRECKER *de con- & disconuenientia I. R. & statut. Erfurtens. in mater. succeff. ab inteft. p. 10.*

(d) Latio ignotum vocabulum *contectalis* occurrit in chart. ap. IOANNEM *Spicileg. document. ined. T. I. p. 443.* *de* LVDEWIG. *Tom. X. Reliq. MSt. p 721. 732.* BVCHELIVM *ad Hedam. p. 123. 137.* HVNDIVM *metrop. p. 365.* LINDANVM *de Teneremond. L. III. c. 8. p. 107.*

consummationem matrimonii ad effectus ciuiles I. G. reponunt in conscensione thalami.

(e) *Ius* SAXON. *prou. L. I. art. 45. p. 110. 111. edit.* LVDOV.

(f) *Ius* ALLEMANN. *L. I. c. 322. n. 22. p. 112. edit.* BERGERI.

(g) Vt pateat, minus recte calculos subduxisse SCHILTERVM *Ex. 360. §. 65.* SCHROETERVM *de port. statut. thes. 17.* WEINGARTENIVM *fascic. diuers. iur. P. II. p. 78.* STRYCKIVM *de Succeff. ab I. diff. IV. c. 3. §. 7. in not. ad Lauterbach p. 546. & diff. de iuribus singul. matrim. in Germ. c. 2. §. 12. itemque* SCHOEPFFERVM *de matrimonio per subftitut. contract. c. 2. n. 24.* iuris saltim hoc esse *Saxonici*, extra Saxoniam autem pro abundanti illud reputari, vnde in quo loco illa conscensio *specialiter* non exigatur, mox post benedictionem sacerdotalem, & ius successionis indulgendum & de communione bonorum inter coniuges statuendum; contrarium vero asserenti & ad necessitatem conscensionis thori prouocanti probationis onere grauandum: breuiter ostendemus, illum morem esse iuris Germanici vniuersalis. Et ad *Ius* quidem SAXONICVM, cui inhaeret Augustus legislator *Const. XIX. P. 3.* & ad SVEVICVM modo digitum intendimus. Loquuntur porro iura WVRTENBERGICA *P. IV. tit. 2. §. 15.* PALATINA *P. IV. tit. 14. § 3.* docente PHIL. GVIL. LVDOV. FLATHIO *Specimine anecdoto iuris palat. statutar. circa succeff. ab inteft. ante statut. Palat. § 23.* BADENSIA *P. IV. tit. 13. rubr. wie Eheleute in vorgemelten Fällen verstanden werden sollen*, FRANCOFVRTANA *P. II. tit. 3. §. 5.* NORICA *L. I. tit. 28. §. was nun beyde Eheleute*, ARGENTORATENSIA *cap. 275. 312 f.* BREMENSIA *ord. 171.* MVLHAVSINA *L. IV. art. 20. §. 1:* "Der überlebende Theil bleibet ein Herr aller Güter, welche sie „beyde

principio quidem, non iuris solum Saxonici.

sed iuris Germanici vniuersalis.

„ beyde nach der Einſegnuug oder prieſterlichen Trauung *und beſchrit-*
„ *tenem Ehebette* mit einander zuſammen gebracht; Hinc etiam Con-
ſtitutio prouincialis Marchionatus CVLMBACENSIS *a. 1745. fol. edit. tit. VII. §. 6. p. 18:* "So viel die ſucceſſion der Eheleute in des abgeſtorbe-
„ nen Vermögen betrifft, daferne keine Eheberedungen auffgerichtet,
„ noch darin ein anders verordnet, auch weder in deſcendenti noch in
„ adſcendenti linea Erben vorhanden ſind, ſo *ſoll wegen oben angeführter*
„ *communion* ſo fort *nach erfolgter Beſchreitung des Ehebettes der über-*
„ *lebende Ehegatte des verſtorbenen* Erbe ab inteſtato ex aſſe, und mit
„ excluſion der Geſchwiſter und übrigen collateralium ſeyn. *Iura* RA-
VENSPERGICA docet HERTIVS *de ſocietate facto contracta Sect. I. §. 4.* & TECLENBVRGICA *Ill.* ESTOR *an dotalitium ceſſet propter ſecundas nuptias c. 4. §. 26.* SPENERVS *de vſufructu maritali in bona vxoris Sect. 2. §. 36* HOLSATICA exponit VOGTIVS *de iure coniug. in bona Sect. 1. §. 12.* HASSIACA recitauit WEHNERVS *Obſ. pract. v. verſammte Habe,* & Leo-
dienſia CAROL. *de* MEAN *obſeru. iur. ciuil. Leod. P. I. obſ. 51. n. 7.* HAM-
BVRGENSIA docent BROCKESIVS *de bonor. coniuges inter Hamburg. commun. §. 25.* BOEHMERVS *de communione aeris alieni inter coniug. Hamb. §. 25.* DRESNENSIA haec habent *c. V. §. 1. p. 21:* "Wenn eine
„ Ehefrau verſtürbe, und hinter ſich ihren Ehemann verlieſſe, und es wä-
„ ren zwiſchen ihnen keine Eheſtifftung auffgerichtet - - ſo ſoll es mit
„ der fahrende Haabe oder beweglichen Gütern gehalten werden - - -
„ nemlich daſs alle bewegliche Güter und fahrende Haabe nach *Beſchrei-*
„ *tung des Ehebettes* auff den Mann fallen, & ERFORDENSIA *tit. XIII.* ita: "Wenn ſich zwey verehelichen und Wirthſchafft einander treiben,
„ ſo iſt *alsbald ſie das Ehebette mit einander beſchritten*, alle ihre fah-
„ rende Haabe zuſammen vererbet, alſo welches zuerſt ſtirbt, ſo folgt
„ dem andern alle fahrende Haabe erb und eigenthümlich. De Marchia BRANDENBVRGENSI vide MEVIVM *ad ius Lubec. P. II. tit. 2. art. 12.* KOHLIVM *de ſucceſſ. coniug. P. I. n. 11. & conſtitut. Hauelbergae a. 1374 datam ap. de* LVDEWIG *Reliq. MSt. T. VII. p. 213 ſ.* & KVSTERVM *in collectione opuſculorum hiſtoriam Marchicam illuſtrant. P. XIII. p. 73.* Mentem legum & conſuetudinum MEGAPOLENSIVM aperiunt COTH-
MANNVS *L. II. Reſp. 51. n. 137.* HENR. NETTELBLATTIVS, *vir conſul-
tiſſimus de dotalitio Sect. 3. §. 32.* & codicilli legales ap. *Illuſtriſſ. de* WEST-

quod proba-
tur ex con-
centu le-
gum Germa-
nicarum.

PHALEN *T. I. Monument. ined. p. 2039. 2045. 2062.* Consentiunt etiam iura SILESIACA *art. 7. c. 2.* & BORVSSICA *P. II. L. 5. tit. 12. §. 7,* moribus antiquis iam fundata, docente HARTKNOCHIO *Diss. XII. de nuptiis veterum Prussorum §. 6. p. 186.* Quid *Normanni*, quid *Sueo-Gothi*, quid *Anglo-Saxones*, quid *Cimbri* de conscensione tori & thalami indeque oriundis effectibus statuerint statuantque etiamnunc, percipe ex Legibus NORMANNICIS *L. II. c. 37. §. 10. ap. de* LVDEWIG *l. c. T. VII. p. 347.* WESTRO-GOTHICIS ab OL. RVDBECKIO *editis Tit. de coniug. c. 2. p. 14. codice Legum* SVEORVM-GOTHORVMQVE *a Ragualdo Ingemundi Latina veste donatarum & a* IO. MESSENIO editarum *L. III. c. 6 9. p. 85. 88. & Legibus prouincial.* SVET. *tit. 2. c. 6. §. 1,* charta a. 1349 ap. IO. STEVENS *in the history of the anciens abbeys, Monasteries, Hospitals, cathedral and collegiates churchies Vol. II.* itemque ex paroemia SLESVICENSIVM: *Wenn die Decke über den Kopff ist, seyn die Eheleute gleich reich,* quam laudat CTPRAEVS *de Sponsal. c. 5. §. 35.* Eandem HELVETIORVM sententiam ostendit IO. IAC. LEU *comment. iur. Heluet. T. I. tit. 17. §. 10. p. 344.* De *Batauis* neminem dubitare sinunt *Statuta* VIANNENSIA *art. 2.* BRVGGENSIA *Tit. 3. art. 1.* RVREMONDANA *P. I. Tit. 2. §. 3.* ABRAH. *a* WESEL. *de connub. bonor. societ. T. I. n. 30. 41.* MVLLER. *de succes. ab intestato secundum ius ciuile, Hamburgense & Belgicum c. 4. §. 5. p. 46.* ANT. MATTHAEI *in paroem. Belg. p. 72.* GORISIVS *aduersar. iur. subseciui Tr. I. c. 2. n. 1.* CHRISTINAEVS *ad LL. Mechlinens. tit. 66. art. 15.* Quod FRISIOS spectat, testis est SANDIVS *decis. Frisic. L. 2. Tit. 5. def. 1.* GALLICARVM quarundam legum principia, Germanicis ex asse consona, exponunt FABERTVS *ad consuet. Lotharingicas tit. 3. §. 46. n. 265.* GERARD. METNARDVS *decis. Tholos. L. 4 decis. 54 n. 2.* ARGENTRAEVS *ad consuetudines Britonum art. 429 gloss. 2. p. 1504* DVRETVS *ad consuetud. Aureliae §. 186.* Eadem cum Saxonicis harmonia, *Polonica* iura etiam incedere monuit ZALASZOVSKI *de iure regni Poloniae L. 3. tit. 1. art. 4.* Quae quidem aliaque, (cui enim datum est quaeuis excutere?) legum Germanicarum testimonia, facile commouebunt, vt *vniuersale* hocce iuris Germanici principium duxeris, rectequeomnino statueris, subintelligendum illud vtique in legibus & statutis, communionem bonorum inter coniuges stabilientibus, nil tamen de *conscensione thalami* cauentibus. Institutum enim iuris Germanici, quale illud est communionis bonorum inter coniuges,

& gentium, quae Germaniae sunt originis

hinc illa subintelligenda in Legibus de communionem bonorum disponentibus.

iuges, ex eiusdem principiis est explicandum, ex his principiis autem cum consensio thalami ad constituendam bonorum communionem requiratur, quis quaeso dubitauerit, quin, & tum, si statuta illam alto silentio premunt, secundum mores theutonicos matrimonii effectus a *consensione thalami* repetendus sit. Neque enim, quod iuris Cermanici vniuersalis fuit, statuto determinare opus fuit. Et hoc quidem est, quod in explicandis statutorum Memmingensium, Hildesiensium, Hamburgensium de communione bonorum argumentis ob oculos sibi posuerunt KEMMERICHIVS *de societate bonorum connubiali secundum ius commune & L. S. R. I. ciuitatis Memmingensis c. 2. §. 22. Ill.* GEORG. LVDOV. BOEHMERVS, cultissimo libello Academico *de iuribus & obligationibus coniugis superstitis ex communione bonorum vniuersali praesertim iuxta statuta Hildesiensia §. 17.* IVST. HENNIG. BOHMERVS *de commun. aeris alieni inter coniuges Hamburgens. §. 33.* Idem dictum volumus de iure Lubecensi, & de constitutione, quae dum haec scribo, succurrit, Holsatiae regiae, a. 1745 d. 7. May de communione bonorum inter coniuges Vogteiae Vtersensis perlata, de termino communionis a quo nil quicquam definiente.

(h) Locutione quidem GREGORII *Turonensis histor. Franc. L. IV. c. 9.*

§. II.

Qua ipsa quidem *consensionis lecti genialis* formula, realem, actualem & per communicationem corporum legitimo modo declaratam consensionem intellexisse legislatores, vti in aprico est, edocti siquidem, hoc illud esse medium, finem matrimonii principalem, qui ex Dei & naturae intentione est procreatio sobolis (a) exequendi, confirmati vlterius ea in sententia, ex quo decreta iuris canonici, cuius principia pro articulis fidei orbi obtrusa, per iudicia ecclesiastica propagata, & in iure Germanico pedetentim adsumta, matrimonia ex sacramento, quod *ratum* connubium faciat (b), aestimauerant, prodiderantque tum demum in communionem bonorum transire coniuges, quando *vna caro* fieri vel facti creduntur, quia hoc ipsum *sacramentum* coniugii

Consensionem thori iura Germ. intelligunt actualem est communionem corporum.

perfectum (c): ita sane nemo facile crederet, quod clarissimam legum mentem euertere, eamque incommoda interpretatione & fictitio ἐνθυμήματε lacessere vnquam potuerint Doctores, qui hanc alioquin regulam, vt in interpretanda lege, mens & intentio legislatoris respiciatur, dictam sibi scriptamque putarunt. Et ita tamen est. Quotusquisque enim est, quem fugiat, in nuda aliqua sollemnitate, vel in solo accubitu, appositione in lectu, actu pulsationis lodicis, pro operiendo corpore facto, vel in symbolico connubitu reposuisse quam plurimos illum, quem leges innuunt, conscensionis thori coniugalis actum. Quem latet, quod fertile DD. ingenium, vt lucri connubialis coniux reddatur capax, practicam excogitauerit in Saxonia & alibi vsu frequentatam, vt post benedictionem sacerdotalem perfectam plerumque ante epulas, vel his praemissis tempore chorearum desponsati in thalamum nuptialem vocentur in praesentia propinquorum, lecto genialium imponantur, breuiculo tempore mox ad mensam vel ad choreas reuersi. (d) His quidem sollemnibus id quod leges ad formam & ad effectum successionis requirunt, satis superque expletum, proindeque lucrorum nuptialium coniugem e vestigio compotem redditam esse contendunt, adeo quidem, vt si forte postea, & nondum habita consuetudine coniugali, & antea, quam ad vltimam coniugalis amoris lineam res peruerit, desponsatam contigerit, vel morbo, qui amplexus coniugales impediat, corripi, vel subitanea morte extingui, viri & vxoris nomine venire queant in ordine & respectu ad effectus ciuiles, quippe quod thalami conscensio facta sit, quae congressum maritalem minime inuoluat, cum sat sit, in tepido mariti sinu aut recubuisse coniugem, aut

erronee nudum conscensionis actum vel impositionem in lectum Doctores substituunt.

eamque ad formam successionis & lucri statutarii habilem pronuntiant

aut breui tempore in cubile sediſſe, ſufficiatque ſi ſtragulum obductum, ſi lodix parata, ſi culcitrae inuolutum par nobile coniugum. (e) Ipſa enim, inquiunt, legum verba diſpoſitiua, quibus ſtricte inhaerendum, ſe tantum referre, ad ingreſſum tori, *daß es zum ehelichen Beylager gekommen, daß die Decke durch eheliches Beylager beſchlagen;* carnalis autem coniunctionis & vt σωματικῶς iungantur, neque diſerte mentionem ea facere, nequo τὸ *Beylager*, quod nudum ſaltim adſcenſionis actum vi ſua ſignificet, in ſenſum hymenaei captandum. Ita porro leges interpretandas arguunt, ne mentem legislatoris excedant, & potiorem mentem eſſe dicentis, quam quae primo obtutu legantur verba. Credi poſſe & iure deberi nouellum maritum, quod iure ſuo vti malit, quam ab eo abſtinere, & verecundiam vix pati, arcana lecti porro prodere, aut in his indagandis & indicandis eſſe vltra, quam fas eſt, curioſum. Accedere & has rationes omnino idoneas, quod illi, qui aliter ſentiant, iniuriam faciant ſuperſtiti coniugi grauiſſimam, cum virgo e lecto viri ſurgens proueniensque, porro in opinione non integrae virginitatis ſit, quae etiam maculam contrahat delibando. Eſſe haec inſtituta Germanorum vere habenda pro enormibus, adeoque non proferenda vltra limites pudoris & verecundiae, praeſertim cum iura alia moresque acquieſcant hic vel ſolo conſenſu, vel oſculi ſchemate, ſaluo pudoris ſepimento. Matrimonia etiam reſpicere nos iubent principum & illuſtrium per procuratores, pleniſſima quidem & ad capienda lucra Morgengabae, dotalitii, Geradae &c. perfecta, conſcenſione imaginaria & ſimulata, ſi procurator non ſolum ſacrae initiationis ceremoniam in eccleſia peregerit, poſtea lateri nouae coniugis in menſa

cuius ſententiae rationes proponuntur

adsederit instar mariti, sed etiam ex sollemnitate dextrum pedem manumque protenderit in lectum & thorum, hocque ritu mandatario nomine cum Sponsa concubuerit. Denique & prouocant ad decantatum locum AENEAE SYLVII in *vita* FRIDERICI III. *Imperat.* (f), qui, cum a. CIↃ CCCLI. Romae sibi iunxisset ELEONORAM, Lusitaniae regis filiam, matrimonium crediderit perfectum & consummatum, si cum eadem lusorie licet concubuisset. In quem finem iusserit ille, more theutonico stratum apparari, itemque ELEONORAM sibi in vlnas amplexusque dari, ac praesente ALPHONSO rege cunctisque proceribus adstantibus culcitram superinduci, neque tamen aliud actum, Aeneas loquitur, nisi datum osculum. Ambo enim fuisse vestitos, moxque inde surrexisse. Sic enim consuetudinem Teutonicorum se habere, cum principes primo iungantur. Addunt tandem, si ipsum dogma, quo iure Germanico nullum matrimonium sine concubitu asseritur, firmo vbique talo tibicineque inniteretur, incassum laborare, qui septuagenarii nuptias pro matrimonio perfecto reputent, siquidem in decrepito vix vlla praesumptio cadat concubitus, (g) & spes procreandae sobolis. (h)

thalami etyma

(a) Res, quae ex iure naturae, & humano notissima est, non indiget probatione. Vti coeterum thalamus dicitur a θάλος, θαλλός i. e. germen, propago, surculus, perinde ac si diceres, seminarium vbi progerminat seu propagatur legitima soboles; ita lectus genialis a genio uocatur vel a generandis liberis. Et posset etiam quisquam coniicere hunc illum finem, innuere Germanicum vocabulum *Braut*, Cambrice *Priod*, *Priodferch*, *Briodferch*, *Briodasferch*, *Braut-bette*, quod vltimum idiomate inferioris Saxoniae efertur das *Brut-bette*. Re etiam vera hanc coniecturam proposuit CHRIST. WILDVOGELIVS *de iure thalami capit. prael. thes. 4.* quae ad veri speciem proxime accedere

& vocab. Braut,

dere videri posset, qui meminerit, quod *bruten, brut*, generare, foetum nobis denotent, a *bruyen* implere, docente IVNIO *etymologico Anglicano*. Quo sensu *implere* PLINIO *XIV. 63.* COLVMELLAE *VII. 27.* OVIDIO *Fastor V. 617.* dicitur *concipere foetum*. Sed speciosioribus magis, quam verioribus argutiis nuntium mittere iubet *Ill.* CHRIST. VLRICVS GRVPIVS *de vxore Theoriſca c. 2. § 2*, curate fodiens linguam Celticam & Anglo-Saxonicam, qua *priod, priodol* est proprium, *priodoli* propriare, *priodawr* proprietarius, *priodoledo* proprietas, vnde *priod, briod, braut*, quasi marito appropriata. Et eam cur non ita diceres? Nam

Proprium est, quod libra *mercatus* es & aere

HORATIVS *L. II. ep 2. v. 158.*

id quod *emis* potes dicere iure *tuum*

MARTIALIS *epigr. II. 20.*

Ergo & sponsa, quam oblato vel patri, vel tutoribus eius pretio (*Habbe-Schilling*) sibi comparabat Sponsus, Sponsi propria facta est iure emptionis, *durch den Brautkauff*, quo nomine hodieque nuptiae veniunt apud Sueo-Gothos v. *Historiam Gothici p. 73* LOCCENII *Synopſ. iur. Suec. diſſ. 7. m. 2. §. 6. p. 173. Antiq. Sueo-Goth. c. 24. p. 106.* STIERNHOECKIVM *de iure Sueo-Goth, vetuſto II. 1.* HERMANSON *de ritibus nuptiar. apud veteres Sueo-Gothos §. 7. p. 16.* Sed hoc argumentum emptionis feminarum, Celtis tantum non omnibus ab vltima aetate probatae, ex instituto persecutus est ingens Germaniae, dum fata sinebant, ornamentum, GVNDLINGIVS, qui cum & ipse idoneis Solini, Xenophontis & Aeliani testimoniis similem orientalium populorum Thracum & Phrygum, morem tradiderit, diuortium facere cogor a IO. CHRISTOPH. CLEFFELIO *V. Cl. Antiquit. German. Septentr. c. 1. §. 6.* & IO. GEORG. HAGERO *de ritibus veterum Germanorum circa matrimonia ineunda §. 7. p. 12.* qui venalium in Septentrione matrimoniorum originem post Taciti aetatem adscripserunt Frothonianae legi, *ne quis niſi emptitiam vxorem duceret* teste SAXONE *L. V. p. 88.* Non enim sub boreali plaga hi mores sunt inuenti, sed ex oriente aduecti. Siquidem pro comperto habendum, ab oriente ad septentrionem venisse populos teutonicos & boreales omnes, non autem primitus ab hyperboreis partibus illos ad Eoa regna transiisse, atque ex eo, vnde discessere, rediisse tandem. conf. IO. GEORG. SAMVEL. BERNHOLDI *coniectaneor. L. I. c. 8.* LAVRENT. *L.*

III

III. Polymath. Synop. VIII. p. 230. OLEARIVM *Itiner. Persico L. V. c. 22.* PAVL. VENETVM *de reg. orient. L. I. c. 55. 62.* AVTORES *der Preussischen Sammlungen allerley bisher ungedruckten Uhrkunden, Nachrichten und Abhandlungen T. I. p. 641.* WAISSELIVM *Chr. Pruss. p. 24. Priuilegium Culmense a. 1249. ab* HARKNOCHIO *Chron. Duisburgi adiect. p. 468.*

(b) *c. 6. X. de diuort.*

iura canonica quid per matrimonium consummatum intelligant

(c) *c. 2. 13. X. de conuers. coniug.:* "Hinc per Sponsalia de praesenti „ dicitur quidem matrimonium in sui essentia perfectum, non tamen „ *integraliter consummatum*, quia animi, etsi sunt vniti, non tamen „ *realiter vna caro facta. c. 7. X.* eod: Quod dominus in Euangelio dicit: „ non licet vxorem suam, nisi ob causam fornicationis dimittere, intel- „ ligendum est secundum interpretationes sacri eloquii de his, quorum „ *matrimonium est carnali copula consummatum*, sine qua matrimo- „ nium consummari non potest. *c. 5. X. de bigam non ordinand:* coniu- „ gium illud, quod non est *permixtione corporum consummatum*, non „ pertinet ad illud coniugium designandum, quod inter Christum & ec- „ clesiam per *incarnationis* mysterium est contractum. *c. 17. C. 27. qu. 2.* „ Non dubium est, illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum „ qua *commixtio Sexus* non docetur fuisse. Sed non opus est plura in hoc argumentum conferre, quod largiter satis ex pontificum decretis instruunt ESPENIVS *in iure eccles. P. II. tit. 12. c. 1. n. 1.* MELCH. CANVS *Loc. Theolog. L. 8. c. 5.* IAN. *a* COSTA *ad titul. de bigam. non ordinand. p. 122.* CORVINVS *Instit. iur can. L. II. tit. 13. aph. 3.* CAROL. *de* MEAN *obs. iur. ciuil. Leod. P. I. obs. 51.* ANTON GVBERT COSTANVS *de sponsal. p. 16. n. 11*, addo saltim, locum MATTHAEI *Parisiensis ad an. 1235.* At illi (legati) cum in virginis (sororis scil. Henrici III. regis Angliae) inspectione visum aliquamdiu recreassent & eam imperiali (Friderici II.) thoro dignis- „ mam in omnibus iudicassent, confirmarunt matrimonium in animam „ imperatoris interposito iuramento, offerentes ei ex parte ipsius impe- „ ratoris annulum sponsalem. Quem cum in eius digito posuissent, pro- „ nuntiauerunt eam imperatricem esse Romanam. Deinde cum legati, „ quae facta fuerunt, sub omni festinatione imperatori per fideles nun- „ tios intimassent, post paschalem sollemnitatem misit archiepiscopum „ Colonienſem & Louaniae ducem, cum virorum nobilium multo comi- „ tatu in Angliam, qui Imperatricem ad ipsum honorifice perducentes

matri-

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1866203509/phys_0022
DFG

„matrimonium iam *initiatum & ratum* procurarent, vt in *cognitione carnali fieret consummatum.* Ipsius autem matrimonialis consummationis testem αυτοπτην egisse sanctissimum patrem, Clementem VII, nuptiis HENRICVM II. Ducem Aurelianensem inter & CATHARINAM, Laurentii Medicei filiam Massiliae contractis CORNELIVS DVPLICIVS SCEPPERVS, Christierni II. Daniae regis Cancellarius, *literis ad Ioannem Dantiscanum, Culmensem episcopum a. 1534. d. 13. Febr. perscriptis*, ab *& Illustr. Dn. de* WESTPHALEN *T. III. Monument. ined. p. 434.* in lucem emissis, retulit, hac quidem oratione: "Quaeres, quid actum sit Massiliae? Venit eo Pontifex, „ venit & rex Gallorum, adducta est neptis pontificis, filia quondem Laurentii de Medicis, cui datus est titulus Ducatus Vrbini, quum Ducatum „ illum teneat alius. Ea puella nupsit Henrico II. Duci Aurelianensi, „ filio regis Francorum secundo genito, aetatis 14. aut nondum annorum. Pontifex, ne aliquando haec remitteretur sua neptis, prout ab olim „ Margaretha Austria filia Maximiliani, quae denupserat Carolo regi, „ voluit, vt celebraretur matrimonium *& exercerentur realiter matrimonialia*, vt verbo Beatricis reginae vtar, *auribus tamen non credens, „ videre voluit nudum cum nuda coeuntes in opere.* Dignum spectacu- „ lum Pontifici & regi vterque enim aderat.

(d) Quem ritum vocant, *wenn die Braut dem Bräutigam ins Bette gesetzet wird*, eoque nuptiae mox quasi per carnalem copulam censentur consummatae. Eum in Saxonia superiori testantur WILDVOGEL *de iure thalami c. 4. thes. 16.* CARPZOV. *P. III. def. 4. n. 7.* RENNEMANN *Iurisp. Rom. Germ. forens. memb. I. d. 41. §. 55. lit. c.* IOACH. *a* BEVST *de iure connub. P. III. c. 5.* De Megapoli MANTZELIVS *in iure matrimonial. Mecklenb. sect. 3. §. 6.* Et Lubecae ne hac quidem ceremonia hodie opus esse, sed in locum eius ad omnes matrimonii effectus iuridicos substitutam esse Sponsae traditionem, sponso, post hierologiam peractam in limine lecti coniugalis factam, intelligitur ex ordinatione politica Senatus: *Wie sich bei Verlöbnissen, Kindbette, Kleidungen &c. ein jeder zu verhalten d. 1612. art. 10. tit. 5:* "Die Niedersetzung und Beylegung ins Bette, *wird auch „ als überflüssig und undienlich geachtet, sondern es soll sich der Bräutigam zu Ende des Bettes stellen, allda soll ihm von denen, so die Braut „ zur Copulation geleitet, selbige zugeführet und überantwortet werden,* „ welches hiebevor eben so viel, als die bisher gewöhnliche Beylegung

Solemnitates impositionis Sponsae in lecto

Lubecae abrogatae

„wircken und gelten, und derſelben gleich geachtet und gehalten werden „ſolle. Simile quidpiam in ciuiloquiis, vt vocant, vrbium non nunquam obſeruari, in quibus nunc quidem animum ſubit CAMINENSE ciuiloquium vbi eliminando abuſui adſcribuntur *die Niederſetzung ins Braut-Bette, die Braut-Hane, Nachwachten, und unehrlichen Kurtzweil, welche bey den Hochzeiten der Wittwern und Wittfrauen betrieben werden.* Quae verba poſteriora ne quemquam morentur, notiſſimum eſt, ſecundo nubentes ipſo nuptiarum die a fece plebis exceptos eſſe illuſionibus, obſcoenis cantilenis, ſcommatibus, iniuriis, vociferationibus, & tympanis. Apud Gallos hi improbi exceſſus, in ſtatutis Synodalibus Bituricenſium, Trecenſium, Nemaucenſium, Aeduenſium de ann: 1368. 1337. 1445. 1483. 1468 ab EDMVNDO MARTENIO *Theſ. Anecd. T. IV. col. 654. 582. 506.* editis, ſub excommunicationis fulmine interdicti, venerunt nomine *Chaluarici, Charaullii, Chariuarii, Cariae, Caluariti, Cariuarii*, in cuius etymologias inquirunt BRODAEVS *ad conſuetud. Pariſienſ. tit. de feudis art. 37. n. 51.* MENAGIVS *in Origg. u. Chariuar*, THOLOSANVS *Syntagm. iur. vniuerſ. L. 38. c. 4. p. 765.* CANGIVS *gloſſ. T. II. p. 320.* & IO. *a* GARRON *de ſecundis nuptiis p. 868.* Ex odio autem ſecundarum nuptiarum, quas Germani, Romani & Graeci pariterque ex antiquioribus eccleſiae patribus, Theophylus Antiochenus, Irenaeus, Clemens Alexandrinus aliique a IO. BAPTISTA COTELERIO *in notis ad libr. 2. Paſtoris cap. 4.* excitati, ſpecioſum adulterium duxerunt, benedictione ſacerdotali & eccleſiae & elemoſynis non honorandas, GVIL. DVRANDVS *Rationali L. I. c. 9. Capitul: regum Franc. L. VI. c. 130*, immo publica poenitentia coercendas, *Concilium Ancyran. c. 19. Neocaeſar. c. 3. Capitul.* THEODORI *Cantuar: Archepiſcopi n. 14 T. IX. Spicil. D'acheriani* ſordes illas deriuatas eſſe, nemo non facile olfaciet, niſi qui eorum plane expers ſit, quae hoc de argumento ex apparatu antiquitatum patriae, Romae, Graeciae, veterisque eccleſiae diſputarunt *Illuſtriſſ. de* WESTPHALEN *de conſuetud. ex ſacco & libro p. 3 ſ.* CLEFFELIVS *l. c. p. 62 ſ.* BARTHOLINVS *Antiq. Danicar. p. 506 ſ.* NICOL. *de* NOURRT *in adparatu ad bibliothecam maximam veterum patrum T. I. p. 1017 ſ. Mſr. le* BEAUSAUBRE *dans la lettre a un des auteurs de la bibliotheque Germanique T. II. p. 34.* BINGHAMIVS *Origg. eccleſiaſt. Vol. II. p. 436.* EDMVND. MARTENE *de antiquis eccleſiae ritibus L. I. c. IX. art. I. p. 598 ſq.* EVERH. FEITHIVS *antiquit. Homericarum L. 2. c. 15. ap.* GRONOVIVM *T. VI. Theſauri Antiquit. Graecar. col. 3770, aliique plures.*

& ciuiloquio Caminenſi

cuius formula odium ſecundarum nuptiarum ſpectans, obiter explicatur.

(e) Si

(e) Si multitudo errantium errori patrocinetur, a virgula censoria certe liberabitur consensionis thalami in nudam solemnitatem sactae illud commentum, quod oppido multi, ingressum thori sine congressu coniugali quoad effectus iuridicos iure Germanico fieri putantes, in vulgus enuntiant. Nomino saltim, quos mihi inspicere licuit BOERIVM *ad consuetudines Biturienses tit. 8. des mariages & douaires §. 4. gl. 1. n. 10.* FÖRSTERVM *de succes. ab intest. p. 451.* PFEILIVM *conf. 107. n. 9.* MOLLERVM *Semestr. L. III. c. 23. n. 2.* CARPZOVIUM *P. III. c. 16. d. 4.* ADR. BEIERVM *ad Synops. instit. Schultzii p. 696 s.* WESENBECCIVM *ad Schneidew. tit. de nupt. n. 15.* PENSOLDVM *addit. ad Coleri decis. 286. n. 236 s.* RAVCHBAR *qu. 31. n. 12.* PLEBSTIVM *disp. ad ius Wurtenb. P. 4. disp. 4. n. 6.* BESOLDVM *Thes. pract. v. Bett.* HENNELIVM *de dotalit. c. 4. §. 5.* COCCEIVM *discurs. ad ius Lubec. c. 4. p. 635.* KLEIBERT *de primariis communionis bonorum effectib. §. 8.* STEINIVM *ad ius Lubecense P. I. p. 164.* de NETTELBLADT *de portione statutaria Lubecensi c. 4. §. 26. p. 70.* IOECHERVM *de succes. coniugum Lipsiens. §. 15. not. c.* BECKIVM *de iuribus feminar. Norimbergens. singul. c. 3. §. 4* MEIERVM *de differentiis statutor. Erfordiens. & iuris communis in casu succes. thes. 25.* SCHWENDENDORFFIVM *de communione bonor. coniugal. c. 4. §. 6.* HARTMANNVM *ad paroem. längst Leib, längst Gut p. 38 s.* vtrumque BERGERVM, patrem *in Oeconom. iuris L. II. tit. 44. thes. 43. n. 2. p. 466.* & filium *in Select. iuris dotalit. capitib. §. 30.* GVNDLINGIVM *de empt. vxor. dote & Morgengab. c. 4. §. 19.* GODOFR. AVGVSTVM HOFFMANNVM *in ausführl. Beschreibung der Gerade und des Hergewettes P. I. c. 4. §. 312.* STRYCKIVM *de S. A. I. diss. 8. c. 5. §. 43.* PISTORIVM *Thesaur. paroem. iurid. Cent. V. p. 398 s.* PETR. MVLLERVM *ad tit. de R. I. l. 30. not. 4. p. 190.* TITIVM *in erörterten Successions-Erbfällen p. 83.* SCHOEPFFERVM *de matrimonio per subst. contracto c. 3. p. 29.* WILDVOGEL *de iure thalami c. 3. thes. 2.* RICHTERVM *P. II. conf. 94.* BARTHIVM *de marito vsufruct. Saxonico c. 2. §. 3.* BASTINELLERVM *de successione vidui ex lege Hallensi §. 2. not. e.* FELZIVM *de Bolconis II. ducis Sles. Suidnicens. legislatione de successione ab intestato cum I. R. & Sax. collata Sect. 3. §. 2. p. 44.* BARDILI *de portione statut. coniug. thes. 25.* MYLERVM ab EHRENBACH *Gamologia c. 16. §. 17.* LAVTERBACHIVM *de praecipuo coniug. §. 12.* KEMMERICHIVM *Access. L. I. Sect. 3. thes. 3. §. 23.* de LVDEWIG *de matrimonio principum per procurat. diss. 8. §. 7.* WAITZIVM *de muneribus & officiis*

Doctores enumerati, qui consensionem thalami pro mero solemni more habent.

officiis Tract. 8. p. 83. not. e. RIVINVM *de conscensione thori ad obtinendam succeff. coniug. iure Saxon. electoral. neceffaria §. 9.* HARPRECHTIVM *de conscensione thori coniugalis eiusque effectibus iuridicis c. 1. §. 17 c. 2. §. 25. 38.* HELLFELDIVM *diff. de matrimonio illustrium per procuratores Sect. I. §. 4.* quae legitur in *Struuiana iurisprudentia heroica P. II. p. 225,* denique & AVTOREM *institutionum iuris principum priuati an. 1747 edit. L. I. tit. 4. §. 64.* vbi: "moribus Germaniae ad matri-
„ monium consummandum praeter copulam sacerdotalem non quidem
„ ipse concubitus, seu corporum communicatio, *sed thalami conscen-*
„ *sio, sollemnitatis* gratia requiritur, quod praesertim in Morgengaba
„ praestanda obseruandum.

(f) *in historia Friderici III. p. 84 sq. edit.* IO. HENR. BOECLERI.

(g) HOFFMANNVS *de nocte nuptiali c. 1. §. vlt.*

coniecturae de occasione euhematici Saxonici

(h) Ipsae vero sanctae canones, si quid recte iudicio, ansam dedisse videntur, vt de conscensione thalami tantum non sollemni more, ad effectum succedendi sufficiente, cogitatum fuerit ICtis. Cum enim *concilium* CARTHAGINENSE *a. 398. IV. c. 13. ap.* HARDVINVM *T. I. Concil. p. 940.* & NICOL. COLLETTI *T. II. collect. concilior. col. 1438. Capitul. L. VII. c. 463. c. vlt. D. 23. c. 5. C. 30. qu. 5.* exhortarentur: *vt qui benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerentia benedictionis in virginitate permanerent & castitatem custodirent, vt boni soboles generentur,* duri & rigidi aliquid alere visum fuit causarum patronis, successionis commodo excidere coniuges, si ex monito ecclesiastico ad tempus mutuo consensu ab actu coniugali abstinuissent, interea vero inopinatus & superveniens casus vel funestae Parcarum manus obstitissent, quo minus ad rem ipsam plane veniretur. Ergo excogitata illa cautela, quam ex eo tempore non parum promotam credo, ex quo canonicum illud *consilium* & exhortatorium in necessitatem *legis* diuique praescripti vsu abiit tandem, docente siquidem PAPEBROCHIO *not. ad vitam S. Foranni Abbatis Walciodorensis, & Ill.* GRVPIO *de vxore Theotisca c. 1. §. 11,* licentiam prima nocte nouellam coniugem experiendi, siue ius primae noctis, (quod cum spurcissimo cullagii, laxandae coxae, Bathinodii & deflorationis iure confundi non debet) certo aere pro dispensatione dato (*conger de coucher*) quandoque redimendum fuisse a Sponso. Attulit sane

STEPHAN.

STEPHAN. BALVZIVS *not. ad Rheginonem p. 658.* de his dispensationis nummis legem Episcopi Abbeuillensis, anno demum 1409 Arresto Parlamenti abrogatam proscriptamque hac formula: *Et fût dit que ung chascun desdits habitans pourroit coucher cum uxoribus suis la premiere nuyt, de leur nopces, sans le congé de l'Evesque & que les habitans, qui mourroient pourroient estre enterrez sans congé de l'Evesque & ses officiers, s'il n'y a empeschement canonique.* Similia edicta PHILIPPVS & CAROLVS IV. Galliae reges a. 1336 & 1388 opposuerunt Ambarienſis Episcopatus consuetudini, vel corruptelae potius, hoc quidem secum trahenti, vt eis, qui nouiter nuptias inierant, tribus prioribus noctibus post celebrationem nuptiarum vna cubare non liceret, nisi certa pecuniae summa pro dispensatione soluta. Habentur regia decreta cassatoria ap. *de* LAVRIERE *T. II. Ordinat. Gallicar. p. 117.* quae quidem insigni documento sunt, quam egregie molendinum farinarium exercuerit illudque Vespasiani carmen: *lucri bonum odorem esse ex re qualibet* quam pulchre cecinerit clerus Romanus, cui perquam facile, bellum indicere canonibus, statutis Synodalibus & ritualibus, quicquid ea pessundare, subruere, detorquere, & messem quaerere, quam nec Canones instituerant. Sane in omnibus istis, quas EDMVNDVS MARTENE, doctissimus Benedictinus, *de antiquis ecclesiae ritibus L. I. c. IX. art. 5.* ex veteribus libroris ritualium, pontificalium, missalium, & Sacerdotalium, produxit formulis benedictionum matrimonii, de lege canonica & synodali, quae amplexus coniugales prima nocte interdixerit volueritque, vt eorum gratia sonanti aere redimenta sit a coniugibus, nil quicquam legitur, consilii autem & monitorii limites non egreditur, quando e. g. in *Rituali* LEODIENSI *l. c. p. 648.* ita: "Post haec conveniret admodum, vti sacerdos, maxime si id „prius minus praestitit, post auditam eorum confessionem, egregie eos „etiam coram populo *exhortaretur*, vt iuxta exemplum Tobiae iunio„ris & sacrorum canonum *consilium*, propter reverentiam sacramenti & „benedictionis, biduo vel *triduo orationibus vacarent & castitatem cu„stodirent, & sic demum tanquam filii sanctorum coniugium Christia„num cum Dei timore consummantes*, sciant vterque vas suum possidere „in sanctificatione & honore, non autem in passione desiderii &c. add. *Rituale* LEMOVICENSE, AMBROSIANVM, BVRDIGALENSE, *l. c. p.* 611. 642. 651. *capitula* HERARDI *Archiepiscopi Turonensis n. 89.*

§. III.

Et his fere eorum absoluuntur argutiae, qui conscensionem thalami nudum appositionis & concubitus Symbolici actum vel *sollemnitatem* intelligunt, ea propter si de successione aliisque effectibus ciuilibus agatur, neque intermittendam, neque per aequipollens aliud adimplendam (a); quibus autem e vestigio satisfaciemus, & Maiores, ne sollemni quidem piae consecrationis ritui antecedenti effectus matrimoniales attribuentes, leui & inefficaci cuidam actui eosdem haud tribuisse, dilucide mox ostendemus, si modo, quae nostrum pectus occupauit, sententiam paucis proposuerimus eamque probauerimus argumentis, non ex cerebello & ingenio, sed ex ipsis legibus earumque analogia vndiquaque depromptis. Et vt sine ambagibus eloquamur, non imaginariam, putamus, illam conscensionem ad operandos communionis bonorum aliosque effectus vnquam velle iura Germanica, sed ad actualem conscensionem vel ad *communicationem corporum*, tanquam ad conscensionis consequens, respicere legum conditores, nec in alium, quam in hunc, sensum rapienda vocabula, ex honestatis ratione excogitata, quibus conscensio thori innuitur, *die Beschreitung des Ehebettes, der Eintritt ins Bette, das Deckbeschlagen, Beschlagung der Decke.* Quo ipso quisque facile intelligit, *terminum, a quo notorii effectus ciuiles eueniunt*, nos non posse non supputare, *a matrimonio per commixtionem corporum consummato*, & quod prius si deficiat & posterius cesset, asserendum nobis esse, certissimis quidem, illam philosophiam praecordiis circumtulisse Germanos, quod ratio communionis bonorum reponatur in communione corporum, siue, quod animorum & corporum,

Praesidis Sententia, de conscensione thalami, communicationem corporum inferente

quae effectuum ciuilium constituit terminum a quo.

probatur & iure Germa-

rum, tanquam rei nobilioris & dignioris communicatio, bonorum, tanquam rei minus dignae secum trahat communicationem (b).

nica fundamentum communionis bonorum in communione corporum reponere ostenditur.

(a) Quandoquidem forma publica & sollemnitate, qua actus quoscunque in eorum substantiam circummunitam voluerunt leges, neglecta vel non obseruata, negotium non possit non effectibus destitui ciuilibus. *Authent. hoc ius porrect. C. SS. eccles. l. 7. 2. C. quand. prou. est necess. l. 3. 33. ff. de iureiurand. l. 55. ff. de legat. I.* MEVIVS *P. II. decis. 99. n. 5.*

(b) Et hoc quidem est, quid ipsae Leges tanquam fundamentum communionis bonorum & successionis agnoscunt, (*) in quibus nomino ERNE-

a) ex peroratione legum.

(*) Quidquod antiquus ritus nuptialis & sollemnes sacerdotalis benedictionis formulae facile persuadeant, quod fundamentum communionis bonorum maiores putauerint corporis carnisque commixtionem, inconveniens quippe rati per matrimonium animorum & corporum fieri communionem, non etiam bonorum. Non temere enim excogitatam prolatamque crediderim formulam, qua ex praescripto Ritualis Anglo-Normannici, tum SARISBVRIENSIS, tum EBORACENSIS usus est Sponsus, dotem ante ostium ecclesiae Sponsae constituens ita quidem: "*With this* ring I the wed, and this gold „ and Sylver I the gieve, and with me body I the worschipe and „ with all my worldeles chatel I the endowe, hoc est, interprete SELDENO *de vxore Hebraea c. 26.*: "Annulo hocce te subarro atque „ aurum atque & argentum hoc tibi dono, ET CORPORE MEO „ TE DIGNOR, ac omnibus CATALLIS meis huius seculi te DOTO. Idem fere prae se ferunt formulae benedictionum nuptialium ab EDMVNDO MARTENIO *de antiquis ecclesiae ritibus L. I. c. 9. art. 5.* ex veteribus missalibus & ritualibus Gallicanae ecclesiae erutae, quarum nonullas adscribo. Imam quidem ex *missali ecclesiae* ROTOMAGENSIS: Postea dicat (Sacerdos) verbis Gallicis primo ad virum: „ *N. veux-tu avoir N. à femme & épouse & la garder saine & enfer-* „ *me & lui faire loyale partie de* TON CORPS ET DE TES „ BIENS, *ne pour pire, ne pour meilleure tu ne changeras tout*

b) ex ritibus nuptialibus antiquis & formulis in benedictione sacerdotali vsitatis.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1866203509/phys_0029
DFG

ERNESTI comitis *Ordinationem* SCHAVENBVRGICAM *c. XIV. p. 149:* „ Sonſten auch billig das Eheleute, *ſo ein Fleiſch und ein Leib* werden, „ und in höchſter Plicht, Treue und Freundſchafft einander verknüpfft „ und in geſampter Mühe, Sorge und Arbeit ſtehen, an den nachgelaſ- „ ſenen Gütern Ergetzlichkeit haben; So laſſen wirs bey ſolchen Ge- „ brauch und Gewohnheit bewenden. *Ius ſtatutarium* SAXONVM *Tranſylvanorum L. II. tit. IV. art.* I. "Sintemahl Mann und Frau „ ſich in den Eheſtand in Gemeinſchafft beyder Leib, alſo auch „ ihrer Güter zuſammen begeben ꝛc. *Iura* BRVGENSIA *tit. III. art. 1.* „ Alſo de *Lichamen* van Man en Wif tuſchen Henliden zyn *gemene*, ſo „ zyn insgelycks gemeene Haer-idena beyde Gordingen: h. e. quemad- „ admodum *corpora* mariti & vxoris mutuo ſunt *communia*, *ita* quoque „ *com-*

„ *le tems de ſa vie.* Tunc vir reſpondeat: *Volo* aut *Ouyl.* Poſtea „ dicat viro. *Que lui bailletu?* Vir reſpondeat: *Ma foy.* Tunc „ pari forma quaerat a muliere omnia & ſingula ſupra dicta, & re- „ ſpondeat mulier ſicut vir. Tunc ſacerdos eam det viro &c. Alteram formulam ſiſto ex *pontificali eccleſiae* AMBIANENSIS, huius quidem tenoris: "Et debet ſacerdos manus viri & mulieris ſimul iungere di- „ cendo: In nomine patris & filii & ſpiritus ſancti. Amen. Poſtea „ debent iurare. *Jean, vous lui promettez & jurez, que de vos* „ *biens, bien & loyaument luy departirez & que pour pire ou meil-* „ *leur ne le lerrez & que foy & loyaute de* VOS CORPS ET DE „ VOS BIENS *luis entretendrez & haitie ou malade, telle que* „ *Dieu le conſentira tous les jours de voſtre vie & la ſienne la gar-* „ *derez? Sire, ouy: Marie, au tel ſerment, qu'il a fait à vous,* „ *vous faite à lui, vos luy promettez & jurez &c.* Sequitur benedi- ctio annuli. Tertia forma eſt ex *miſſali eccleſiae* PARISIENSIS: Tunc „ ſacerdos tradat anulum ſponſo, Sponſus autem per manus ſacer- „ dotis primo ponat in pollice Sponſae, poſt presbyterum dicens iſta „ verba: *Marie, de c'eſt annel t'epouſe & de mon* CORPS T' HO- „ NORE *& te doüe don douaire,* qui eſt diviſiez *entre mes amis* „ *& les tiens. In nomine patris* Secundo in indice dicens: *& filii.* „ Tertio in medio dicens: *& ſpiritus ſancti,* Amen. Ibique rema- „ neat annulus.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1866203509/phys_0030
DFG

„ *communia* sunt vtriusque *bona*, itemque VLTRAIECTINA *an. 1342.* „ want komen sy tot eenre Tafel, en tot eenre Bedde, so ist *gemeene*, „ *want sy alleene een Lyf sullen wesen.* Quae duo posteriora loca, ne diffitear vnde profecerim, debeo erudito programmati, quo *problema iuris Lubecensis, quaenam sit ratio, vt communio aeris alieni inter coniuges existat, si matrimonium prole ditatum, nulla, si sit improle* solutum sistit decus nostrae Christian-Albertinae & honoratissimus collega D. AMAND. CHRIST. DORNIVS *p. 7.* quod totum legi meretur, cum nemo maiori instructus argumentorum apparatu animum appulerit ad hoc, quod praeposuimus, principium commonstrandum. Satis etiam nota est, quae ad idem reflectit & potentissimum testimonii genus est, paroemia iuris Germanici *Leib an Leib, Gut an Gut*, cuius vim & ἐνεργειαν appositе significauit IO. RVDINGERVS *Cent. III. obs. 44. p. 248: Vulgaris haec forma loquendi de iis, qui bona quae possident inter se communicant, cum ineunt matrimonium eadem ratione, qua corpus communicant.* Vulgatum vero *Articulum XXXI. L. I.* SPECVLI SAX. *Man und Wib haben chein gezweiget gut zu IRME LIBE*, vel vt ZOBELIVS legit: *Mann und Weib haben nicht gezweyet Gut zu IHREM LEIBE*, in principii nostri probationem aduocare consulto abstineo, cum re perspecta intellexerim, sensum verborum *zu irme Libe, zu ihrem Leibe*, illum quidem esse, quod communio bonorum inter coniuges obtineat, quamdiu viuant, non tamen hoc inuoluere, quod bonorum communio incipiat a communicatione corporum. Ex verbis enim subsequentibus: *Stirbt abir daz Wib bi ihres Mannes libe* &c. discimus per *Leib*, vel *Live* non corpus hic notari, *der Leib*, sed vitam, *das Leben*, quod vocabulum idiomate veteri Theotisco *Lib*, *Leibe* efferri iam pridem docuerunt SCHILTERVS *Tom. III. Thes. Antiqu. Teutonic. p. 538.* LEIBNITIVS *collect. etymolog. P. II. p. 112 s.* ECCARDVS *cateches. Theotisc. p. 221.* quibus addo locum Statuti MVLHVSANI an: CIↃ CCI apud BENIAM. CHRISTOPH. GRASHOFIVM *origg. & antiquitat. S. R. I. ciuitatis Mulhusae c. IV. p. 151:* "allein doch die persone die im lebende blybet, daz Gut behalden und besize sculle czu irme *live*. Et habemus sane hodieque veteris idiotismi reliquias non solum in paroemia, a B. HARTMANNO, quondam nostrate, scita commentatione illustrata, *längst Leib, längst Gut*, h. e. diutius qui in *vita* est, (PISTORIVS *Thesaur. paroem. Germ. iurid. cent. I. p. 74.* imperite reddit, qui in *corpore* est) diutius bonis

c) ex paroemia I. G. Leib an Leib, Gut an Gut.

qua occasione art. 31. L. 1. Speculi Sax. explicatur.

fruitur,

fruitur, sed etiam in *Lysgedinge, Lipgedinge, Livgud, Leibzucht*, dotalitium viduae ad *dies vitae*, (zu ihren *libe und lebetagen*, vt est in documento a. 1447 ap. Io. Ioach. Mvllervm *im entdeckten Staats-Cabinet IV. Oeffnung c. 7. §. 10. p. 137.*) ex bonis mariti debitum, nisi ad secundas nuptias illa prouolauerit. Non habuit ergo rationem pie defunctus Heineccivs, quare *Element. iur. Germ. T. I. L. I. §. 274. not. **. lectionem Zobelianam *zu ihrem Leibe* magnopere exagitet eamque omni sensu carere existimet, sicuti etiam incuriae versionis opprobrium, quod Zobelio obiecit Christ. Godofr. Hoffmannvs *in differentiis I. R. & G. in donat. propter nuptias §. 2. not. c.* in hoc certe argumento euadet Zobelius, quamuis alioquin non negaverim & ex collatione variorum codicum Speculi Saxonici, Quedlinburgensis figillatim & Lipsiensis cum Zobeliana versione instituta, subinde obseruauerim, Saxonicam dialectum non satis intellexisse interpretes illos Misnicos, Lossivm puta & Zobelivm, sensumque authentici Saxonici eos non melius aliquando adsecutos esse, quam in eundem penetrauit autor exempli latini, homo peregrinus & fortassis Polonus, bardus & ad vertendum hunc codicem iura non magis aptus, quam loripes ad saltandum & asinus ad lyram.

& Heineccius notatur.

itemque Hoffmannus.

§. IV.

Hinc per consceńsionem thori ad consceńsionis consequens, siue ad copulam carnalem leges respicere probatur.

Quod vero a quocunque scriptore iure quodam efflagitare soleo, ne bombicis & aranei instar ex se fingat, sed vt problema & quam propinauit sententiam, rationibus idoneis fulciat & argumentis, illud a me quoque lectores merito postulaturos protinus sentio. Ergo periculum faciam, & quantum ponderis sententiae meae conciliare valeam ex sequenti *probationum* biga modo percipies, quarum quidem *alteram* ex ipsa peroratione legum nostrarum & phrasibus earum ἐμφατικωτατοις, *alteram* vero ex effectibus illis instituam, ex quibus non potest non certo concludi, *Iure Germanico nullam ad capessenda lucra nuptialia consceńsionem thalami absque copula carnali fieri.* Illa autem probatio vt mihi recte procedat, regulam praepono naturali ratione exsurgentem, hisque qui prima artis hermeneuticae ele-

a) ex phrasibus legum. ἐμφατικωτατοις

elementa gustarunt satis peruiam: *verba sunt intelligenda secundum propriam significationem, secundum subiectam materiam, & secundum usum loquendi, dubiorum in legibus occurrentium interpretem primarium.* Cui iungo & illam: *Verba dubia intelligenda sunt secundum naturam rei, cui adiiciuntur, inque eum significatum trahenda, qui est aptior,* itemque & hanc: *verba praecedentia declarant sequentia & e conuerso.* Quas si mihi dederis, dabis autem credo, non multum conflictabimur, sed res erit in vado, qui fluctus in simpulo certe moueri & ipse mecum animaduertes, si verba legum, quae matrimonii effectus ciuiles tum demum in neogamos redundaturos innunt *si concubuerint, wen sie eheliche Beywohnung gethan,* (a) *ehelich beygelegen, zum ehelichen Beylager gekommen,* (b) *beygeschlaffen,* (c) *wen die Heurath berennt ist,* (d) *wen die Eheleute auf den Bette ihrer Leiber gebrauchet,* (e) de nudo conscensionis actu eoque symbolico venirent explicanda; qui quidem conscensionis actus symbolicus tantum abest, vt aliis & decantatis hisce formulis, *wenn die Eheleute das Ehebette beschritten, das gemeine Bette betreten, an das gemeine Bette gekommen,* (f) *wen sie an der Echtschap gekommen,* (g) *wen sie die Decke mit einander beschlagen, sic sub vnum linteum & lodicem venerint,* (h) innuatur, vt, quod ex oratione multiplici decretorum Germaniae in infima margine adscriptorum in aprico est, ex praecedentibus locutionibus in sensum plane synonimicum declarentur illae phrases indeterminatae, honestatis saltim, modestiae, & pudicitiae, (cui casta Germania litauit quam maxime), (i) gratia adhibitae; qua quidem & factum autumor, vt vel *receptione in cubiculum,* vel locutionibus tectis *nobiliter iungi, strato maritali copulari, zur leiblichen Khanschafft, zur ehelichen Minnung kommen,* (k) ipsum matrimonii consummati h. e. conscensionis thalami actum

vel expresse vel tecte copulam carnalem innuentibus.

signauerint tabulae legales, (l) bene memores, honesti & liciti facti impudicam interdum esse allegationem.

ad illas pertinent formula: 1) zur ehelichen Beywohnung kommen.

(a) Veluti in iure *Marchico* BADENSI *P. IV. tit. 3: Und sind aber alle solche obermeldte Erbfäll (ciuiles effectus) allein zwischen den Eheleuten zu verstehen, so allbereit nach alten Gebrauch und Herkommen, nach gehaltenem Kirchgang ZUR EHELICHEN BEIWOHNUNG KOMMEN UND so die DECKE BESCHLAGEN.* Gemina habentur in *iure prouinciali* WVRTENBERGICO *Christophoriano a. MDLV. P. IV. p. 279.* PALATINO *P. IV. tit. 14 §. 13.* itemque SCHAFFSHVSANO Heluetiorum hereditario a IO. IAC. LEU *in comment. iur. Heluet. T. I. tit. XVIII. §. 10. p. 344.* excitato, illos quidem coniuges hereditarii iuris capaces habente: *welche allbereit nach gehaltenen Kirchgang zu EHELICHEN BEIWOHNUNG GEKOMMEN, nicht aber die, welche zwar verlobt, eines aber vor und ehe sie die TECKIN BESCHLAGEN hätten, gestorben wäre;* denique & PRVTENICO *L. II. L. V. tit. 12. §. 7: Wenn aber eine Braut oder ein Bräutigam vor der Hochzeit, oder auf den Hochzeit-Tag stirbet, ob denn das überbleibende an des verstorbenen Gütern das haben solle, was aus der Ehestifftung, Statut, Recht und Gewohnheit ihm sonsten, da der Ehestand VOLLKOMLICH VOLLZOGEN wäre, gebühret, solches wird von den Rechts-Gelehrten weitläufftig disputiret; unsre Verordnete haltens dafür, wenn sich zwey ehelich gegen einander verlobt, ehe bis die Hochzeit und Beilager vollbracht, eines vor den andern mit Tode abginge, daß alsdenn obgedachte Verordnung der Ebeleute Erbung halber nicht statt haben solle, sondern allein von Ebeleuthen verstanden werden, welche nach gehaltenen Kirchgang zur EHELICHEN BEYWOHNUNG KOMMEN,* quae verba *zur ehelichen Beywohnung kommen,* in codice huius iuris latino, qui Rostochii a. MDXXIII. fol. exiit, redduntur *p. 64: qui post celebratam sacerdotalem beuedictionem thalamum coniugalem conscenderunt.* Addo tandem ex *Reformatione* FRANCOFVRTANA verba *P. II. tit. III. §. 5,* quae in coniuges commoda matrimonialia tum demum deriuata produnt: *wenn beide Eheleute öffentlich zur Kirche gegangen, ehelich beygeleget, darauf einander BEIWOHNUNG GETHAN und ALSO rechte Eheleute worden,* vt clarum sit & perspicuum, communionis bonorum aliorumque effectuum ciuilium initium statuisse legislatores, communicationem corporum recte inde monente D. ORTHIO, consultissimo

tissimo domestici iuris interprete, *in den nöthigen und nützlichen Anmerckungen über die sogenandte erneuerte Reformation der Stadt Franckfurt am Mayn, Contin. II. p. 35.* nudum consensionis thalami actum ad capessenda haec lucra non sufficere.

(b) Qua formula instructæ sunt *Leges feudales* TECKLENBVRGENSES §. *XIV.* ap. IO. PET. de LVDEWIG *Reliqu: MStor. & diplomat. omnis aeui T. II. p. 303: Da zwey aus den Eheleuten zur Ehe schreiten, und die ERSTE NACHT BEYGELEGEN sind, so ist die Leibzucht aller des Mannes Güter der Frauen, als wenn sie dieselbe von dem Grafen zu Lehn empfangen hätte,* itemque GVSTROVIENSES *art. XVI.* in Illustriss. Dn. de WESTPHALEN *T. I. Monument. inedit. p. 2062: Wie imgleichen und zuletzt auch so bald sie EHELICH BEYGELEGET und die Decke über sie gezogen, nicht weniger wie ihre Güter DADURCH gemein werden, also Schuld und Unschuld ihrer beider ist und bleibet.* Nec in aliam mentem abire putaueris legum Germaniae decreta, quae vocábulo exsurgunt *des ehelichen Beylagers,* veluti ius WURTENBERGICVM, a legislatore IO. FRIDERICIANVM dictum *P. IV. Tit. 2. §. 1: Was von der Eheleute Successsion in diesen unsern Land-Recht geordnet, das soll allein von denen Eheleuten, so nach gehaltenen Kirchgang zum EHELICHEN BEYLAGER KOMMEN, und die DECKIN BESCHLAGEN, verstanden werden. Denn so die verlobt und versprochene Persohn nur vor gehaltenen Kirchgang und ehe die DECKE DURCH EHELICHES BEYLAGER BESCHLAGEN, verstürbe, so soll ohne Verschaffung oder Gemächt das überlebend von den Verstorbenen gar nichts erben,* nec non ius *statutarium* LVNEBVRGENSE *P. III. tit. 7. p. 72: Es soll auch alle Geding, die in den Ehestifftungs-Briefe abgeredt, so wohl als Stadt-Recht, und Gewohnheit anders nicht verstanden werden, noch ihre Krafft erreichet haben, den woferne beyde Eheleute nach christlicher Ordnung und Einsetzung ihren öffentlichen Kirchgang, und darauf das EHELICHE BEYLAGER gehalten, und wen solches geschehen, und daß einer stirbt vor den andern, so soll den überbleibenden folgen, was ihm die beständige Ehestifftung oder Stadt-Recht und Gewohnheit giebt, derhalben denn auch, wann der Bräutigam oder die Braut nach gehaltenem Kirchgange, desselben Tages noch vor den EHELICHEN BEYLAGER verstürbe, die Erbschafft und andere Gewinn, so einen Ehegenossen aus des andern Gütern gebühret,*

a) ehelich beyliegen.

3) Zum ehelichen Beylager kommen.

ret, ſo wohl als der Mahiſchatz und anders, ſo das Verſtorbene den Uberlebenden vorhin auf die Ehe verehret, auf das überlebende nicht fallen, ſondern des abgegangenen nechſten Freunde wieder zugeſtellet werden ſoll. Quae huic Luneburgenſis iuris articulo interpretatio illata eſt a doctiſſimis auctoribus Diarii iuridici, cuius eſt index *der allerneueſte Nachrichten von Juriſtiſchen Büchern Tom. IV. P. XXX. p. 467:* Wir glauben daß die Verfaſſer des Stadt-Rechtes unter dem Wort ehelich beylegen nichts mehr als die Deck-Beſchreitung, keinesweges aber die Leiſtung der ehelichen Pflicht verſtanden habe, worinnen auch die übrige Teutſche Rechte und Gewohnheiten übereinſtimmen, denn weñ ſie das letztere als ein weſentliches Stück in allen Stücken rechtmäſſiger Ehe hielten, ſo würde ſie ſolches mit deutlichern und unzweiffelhafften Worten zu erkennen gegeben haben, haec, inquam, interpretatio IO. FRID. KRÜGERO *in differentiis iuris ciuilis & ſtatutarii Luneburg. c. VI. §. 6.* etiam probata, egregie claudicare & punctum minime ferre mihi videtur. Nam ergo contra ita ſubduco rationes. Quaecunque interpretatio inprimis congruit loquentis vel ſcribentis rationi intrinſecae, h. e. cauſae finali, ob quam ille, qui locutus eſt vel ſcripſit, ita voluit, illa amplectenda, reiicienda vero, quae ab illa diſcrepat, cum quilibet ita ſentiat, loquatur, vel ſcribat, ut fini, quem intendit, ſit conveniens. Nunc vero interpretatio noſtra, qua *τὸ Beylager* pro ipſo ſecretorum coniugalium exercitio deſignari contendimus, intentioni legislatoris, naturae actus, & negotii matrimonialis rationi intrinſecae, per ea quae modo perorauimus, propius accedit, quam diſſentientium. Ergo. Quid? ne ad animum reuocem vulgarem illum canonem, qui valde nos abhorrere iubet ab interpretatione verborum, qua legibus bellum indicitur & pugna, obſeruante interim quolibet, illam diſſentientium interpretationem cornua obuertere legum momentis, quae matrimonium copula carnali conſummari cenſent: ne porro urgeam, ex vicinorum locorum ſtatutis ſtatuta moresque lumen foenerari quam maxime, in his vero *τὸ Beylager* demonſtrari per *copulam carnalem*, per *eheliche Beywohnung*; (*) hoc

quod Beylager nonnulli interpretantur nudum conſcenſionis thalami actum,

ſed perperam.

(*) Illuſtrari hoc etiam poteſt ex iuribus *Gallicis*, quae quidem Iuri Germanico egregia lumina ſaepiuſcule praeferre reuera expertus ſum cum *Ill.* PVFENDORFFIO *Obſerv. iuris vniverſ. T. I. obſ. 47. §. 6.* Teſtes enim ſunt conſultiſſimi iuris Gallici interpretes, ARGEN-

hoc tamen saltim moneo, ad concentum legum aliarum frustra prouocari a dissentientibus, & exceptionem de phrasibus luculentioribus a legislatore sine dubio adhibitis, si concubitum intelligere ille voluisset, plane esse de nihilo. Nam si illae: *beyschlaffen, ehelich beywohnen* aliter sentientibus subobscurae videantur, suaderem definitiones vt vel exposcerent, vel nomothetam praestolarentur sordido & rusticano ore loquentem & ex Aloysia Sigaea sapientem. Verum autem est nuptias Germanis dici a *concumbendo, Beylager,* (*) *concumbere* vero, rem habere cum femi-

---

TRAEVS *decis. Tholos. L. IV. dec. 54. n. 2.* FABERTVS *ad consuet. Lotharing. tit. 3. §. 46. n. 265.* quod consuetudinibus Neustriorum, Ambianensium, Cameracensium, Bononiensium, Peronensium, Armoricorum, Claremontanorum, Valesiorum & Britannorum ex dogmate: *Douaire est accompli, si tot que le mariage est fait & & accompli & que les mariants COUCHENT ensemble; femme gagne son douaire a mettre son piet au lit,* frustra experiatur mulier, inuida Iunone pronuba aut Thalassio nata. Vbi Gallicorum & Germanicorum institutorum harmoniam nemo mirabitur, qui saltim cogitauerit, Gallos esse Germanicae originis, obseruasse etiam suo tempore STRABONEM *Geograph. L. IV. p. 209.* Germanos Gallosque καὶ τῇ φύσει καὶ τοῖς πολιτεύμασιν ἐμφερέας, εἶναι καὶ συγγενέας ἀλλήλοις, adeoque multas iuris Germanici reliquias hodiernum seruare Galliam, & religiosius, ipsa Germania, custodire.

(*) Apud Romanos autem *nuptiae* s. *connubia* vocantur a tegumentis mulierum, a nubendo, siue a velandis mulieribus, docente VARRONE & OCTAVIO FERRARIO *in Analect. de re vestiar. c. 24.* ap. GRAEVIVM *Tom. VI. Thes. Antiq. Roman. p. 1099,* cum flammeo indutae tegumento & symbolo pudicitiae, quod caput, pectus & humeros texit (videre enim hoc licet in tabulis aeneis, quibus flammeum istud expressum est apud SPONIVM *dans les recherches curieuses d'antiquité diss. 1. p. 88.* BEGERVM *T. I. thesaur. Brandenb. p. 100.* BERNH. MONTEFALCONIVM *dans l'antiquité expliqueé & representé en figures Tom. III. P. 2. L. 1. c. 9. p. 220, & in Suppl. ad T. II. p. 172.*) in lectum & amplexus mariti venirent vxorculae. PITISCVS *Tom. I. Lexici antiquit. Rom. p. 191.* M. ZVERIVS BOXHORNIVS *qua s.* Obseruatio de ritu velationis nuptialis.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1866203509/phys_0037
DFG

foemina, vt inde nil certius sit, quam formula illa *zum ehelichen Beylager kommen*, concubitum intelligere leges, conf. *Leges prouinciales* SVETICAE *T. II. c. 6. §. 1. p. 29. Si sponsa in domum incolumis & sana aduenerit INGREDIETUR TORUM cum marito suo. Quando vero nocte*m

---

Rom. qu. 29. p. 956. Tom. V. thes. GRAEVII. CASALIVS *de vrbis & imper. Rom. splendore c. XVI. p. 296.* Quae velamina & nuptialia pepla apud orientales populos & Iudaeos vsitata, eisque virgines a meretricibus & fornicariis, retecto vultu foras prodeuntibus distincta, vti conductis egregiis testimoniis ostendunt PETR. JURIEU *dans l'histoire de dogmes & cultes de l'Eglise P. I. c. 18. p. 146.* BOCHARTVS *Hieroz. P. I. L. 2. c. 2. p. 128.* BIEDERMANNVS *progr. de pastophoris,* BRISSONIVS *de iure connubior. p. 1069. T. VIII.* GRAEVII; non multum miror Iacobum Patriarcham, supposita Lea pro Rachele, a Labane tanto facilius falli potuisse, quanto maior fallendi apparuit occasio. Caeterum quamuis in vulgus notum sit, velationes in nuptiis Christianorum obtinuisse post benedictionem sacerdotalem, AVENDANNO *de metu L. I. c. 48.* FELOAGA *de his quae vi c. 1*, vix tamen a me impetrabit GONZALLEZ TELLEZ *ad c. 1. X. de Sponsa. c. 1. X. de secund. nupt.* vt in reliquiis rituum Romanorum nuptialium ad Christianos derivatorum, illas reponam velitationes. Nam flammeo velata fuit *Sponsa* solum Romana, cum contra harum velationum sollemnitas absoluta in eo fuerit, vt post hierologiam & missam celebratam, sponsi vel villa candida purpureoque colore distincta (Anglis *a true lores knot*, nodus amatorius dicta, SELDENVS *de vxor. Hebr. L. II. c. 26.*) ornarentur, DVRANDVS *L. I. ration. c. 9.* ISIDORVS *de eccles. officiis L. II. c. 19.* CIRONIVS *paratitl. in L. 5. decret. p. 317*, vel more apud Suecos hodie recepto, LOCCENIO *antiquit. Sueo-Goth. L. II. c. 24.* teste, tegmen s. velamen altaris, quod *pallam, pallium* dicebant, consecrationis causa vtrisque sponsis inter preces a sacerdote recitatas a paranymphis aliisve ministris obtenderetur, vid. IOANNEM SARISBERIENSEM *L. VIII. Policrat. c. 2. Manualia secundum vsum eccles. Eboracens. & Sarisburiens.* a SELDENO *l. d. p. 196. 198.* excerpta, SCHWARZIVM, insigne Altorfinae ornamentum, *de antiquo ritu legitimandi liberos illegitimos per pallium §. XI. & Ill.* GRVPIVM *de vxore Theotisca p. 264.*

item una CONCUBERUNT, *ille verus eius curator est & pro ea acquirere eamque defendere debet.*

(c) Si locum habet monitum ICtorum: vbi verba sunt clara, dica merito scribenda est cauillationibus & coniecturis, vereor, ne quicquid de fictitio concubitu multum crepent dissentientes, in fumum illico habeat, cum ipsum in tabulis legalibus obvium vocabulum *Beyschlaff, Beyschlaffen,* (quod de copula carnali dicitur, quoties de personis diversi sexus effertur,) manifeste innuat, quod initia effectuum ciuilium matrimonii a carnali coniugum commixtione & a corporum commercio pendere statuerit statuatque etiam nunc Themis Germanorum. In *Reformatione* etenim NORICA *L. I. tit. 28. §. was nun beyde,* itemque in GVILIELMI, Landgrauii Hassiae *ordinatione iudicii* HASSIACA, quae Moguntiae *an. MDXCVII.* typis Petri Schoepffer de Germsheim prodiit, titulo *von ehelüden und ihrem gut, die one geding zusammen kommen,* & titulo: *von versammenter habe und von erbschafft derselben,* bona communia definiuntur: *für versamt habe soll verstanden und gehalten werden alle dise habe und gut, so dan beyde eeludt, die LYBE AN LYBE und GUT AN GUT geheyrett haben, die zyt IRES ELICHEN BISCHLOFFENS zu einander bringen, und alles das so sie inn ire beyder eelichen versamunge semptlich uberkommen und gewynnen.* Eoque tendit *Statutum* VLTRAIECTINVM *Rubr. 2. art. 1.* ab ABRAH. WESELIO *de connub. bonor. societ. Tr. 1. n. 30 & 45.* adductum: "Item die Goeder von Man of „ Wif, en sullen niet gemeen wesen, ten sy dat eerst haer geboden in „ de H. Keerken gehadt ende malckander vor tee Keerck getrout ende „ ingelept hebben: ende daerna tot eene Tafele geweest ende malckan„ der BESCHLAPEN hebben, ende DAT gedaen synde, SO sal haer bey„ der Goed erst gemeen syn; itemque *statutum dioeceseos* VIANNENSIS & AMETDENSIS, quod IO. ANDR. *von der* MUELEN Traiecti ad Rhenum MDCLXXXIV. edidit, *art. II. p. 19:* "Dat alle allodiael- ende „ eygen Goederen van Man ende Wyf, mitgaders de vruchten van alle „ leen ende vorderlycke goederen, staende Houweliick genoten, tüis„ schen den Luiden gemeen scullen zyn, soo haest sy layden na voor„ gandt geboden, den anderen wetteliick getrout, ter EENER DEN „ ANDEREN BESLAPEN SULLEN HEBBEN. Simili sermone incedit *ius* TVBINGENSE *Eberhardi comitis a. MCCCCXCIII.* rubr. *von Erbschafft*

4) Beyschlaffen.

und anfange von Ehegemächt die noch nicht BEYGESCHLAFFEN *sind: Begibt sich daß zwey zu der Ee greiffend, und das ein vor und ee sie* BYSCHLAUFFEND, *und see die Ee vor die Kirch gemachet ist, mit toud abgat, und da zwittracht und Krieg entstanet üm das Gut, so soll keines das andre erben. Sondern soll des abgestorben Gute seinen nechsten Freunden seyn and bleiben, und dann so hand sie* BESCHLAUFFT, *wenn die* DECKEN *der Mann mit der Frauen* BESCHLECHT. Quicquod, cum iure antiquo MVLHVSINO, quod Saeculo XIII. literis consignatum in egregia patriae iurisprudentiae commoda hoc anno *in originibus & antiquitatibus S. R. I. liberae ciuitatis Mulhusae Thuringorum app. n. LIV.* in lucem conspectumque omnium produxit BENIAM. CHRISTOPH. GRASHOFIVS V. Cl. maritus tutelam vxoris acquirat post concubitum: *Swa zwey zusamen kumen van rechtir ê. Is daz die Vrouwi ein vater heit, die sal zu rechte die vormuntschaff ufflazi. Swanne su ure husherr* BISCHLAPHIN *heit eine nacht*, geminaque fere legantur in iure SVEO-GOTHORVM *L. III. c. 6. p. 84. edit.* MESSENII: *Et postquam per noctem* CONDORMIVERVNT, *factus est vir caput mulieris & pro ea agere in iudicio debet*, ego vltra proprietatem legalium verborum hariolando adscendere, aliumque eis allinere sensum consulto prohibeor, praecipue cum intellexerim, quod ipsum *matrimonium* a congressu maritali, per quem illud ad effectus ciuiles consummari censent iura nostra, Germanis dici sueuerit *Beyschlaff*. Ita enim in hunc sensum lego in *Ordaliis* BREMENSIBVS *a. MCCCCXXXIII.* ap. *Ill. de* PVFENDORFF. *Tom. II. Obseruat. iur. vniuers. App. p. 112.* & OETKENIVM *Corpore Constitut. Oldenburg. P. VI. p. 323: Nene Wedewe dede Kinder hefft, unde Man nemen will, schal* BYSCHLAPEN, *se en hebbe toworn deelet mit ören Kindern*, & in statutis REGIOMONTANIS *a. MCCCXCIV:* Welchen „ Manne sein Weib stirbt, oder der Frauen ihr Mann, welches sich wie- „ der verrucket, die sollen ihren Kinderen zuvoren Schicht- und Thei- „ lung thun, ehe sie BEYSCHLAFFEN, by III guter Marck, aber nach- „ dem sie BYGESCHLAFFEN habenn binnen XIV. Tagen, by derselben Busse.

(d) Locutione in iure AVGVSTANO frequentata, obseruantibus IO. BERNH. FRIESE *de Successione coniug. secund. mores Augustan. §. 6.* & GEORGIO LVDOV. BOEHMERO, Georgiae Augustae egregio ornamen-

§) gerente Ehe,

to,

10, *de iuribus & obligationibus coniugis superstitis ex communione bonorum vniuersali p. 70. not. b.* Vnde in eiusdem Augustani iuris verborum significatibus, matrimonia, in quibus circa communionem bonorum, tabulis nuptialibus nil est definitum, (vulgo unbedingte Ehen) appellatione veniunt GESAMTER *und* GERENTER *Heyrath*, ita quidem, vt per *illam* coniugium indigitetur, in quo in communionem deducta sunt vtriusque coniugis bona, (gesambt Gut) per *hanc* vero matrimonium, carnali copula consummatum, qua demum bonorum communio inducitur. Satis autem superque exploratum est, quod *rennen, reinnen, rinnen*, lingua Theotisca sit *coire*, ECCARDVS *in notis ad legem Salicam p. 13.* WACHTERVS *Glossar. German. p. 1281 f.* vnde non solum in equariis remansit verbum *berennen*, grauidare equam, verum inde eriam est, quod in *lege* SALICA *Tit. XLI. §. 3.* equus admissarius vocetur *reinno* & composite *warennio*, & gallus gallicinaceus, gallinae coitor, *huoniriner* in glossis PEZIANIS.

(e) In *iure veteri* FRISICO *Synodali*, (Sendrecht,) cuius locum, quem ex doctissimi WICHTII *comment. iuris Frisici orientalis p. 775.* hausi, sequenti notula recitabo. Hanc vero legis sententiam & hodie FRISIORVM tueri tribunalia constat ex SANDII *decis. Frisicis L. II. tit. 5. def. 1*, vbi docet initium acquisitorum coniugalium non nisi a tempore, ex quo coniuges egerint σωματικως repeti. 6) Sich der Leiber im Ehebette gebrauchen

(f) Quas quidem aliis frequentiores animaduertere licet *in iure* CVLMBACENSI *prouinciali tit. VII. §. 6. p. 18.* DRESDENSI *statutario c. V. §. 1. p. 21.* ERFORDIENSI *tit. XIII. constitutione* SAXONICA *XIX. P. III.* THEODORICI *Episcopi Hauelbergensis lege a. MCCCLXXIV ciuitati* WITSTOCK promulgata ap. *de* LVDEWIG *Reliqu. MSt. T. VII. p. 213.* & KVSTERVM *in collect. opuscul. historiam Marchiae illustrant. P. XIII. p. 73:* "Wann ock Mann unde Wüff echtelicken TOSAMENDE IN „ EYN BETTE KOMMEN, so schall er Erfgut half und half wesen, „ beyde by ereme Dode; porro in *iure* RVREMONDANO *P. I. tit. 2*, bona quippe coniugum non prius communia habente, *naer dat sy getrowt unde geheylicht syn, ende het* GEMEYN BEDDE BETREDEN *hebben.* Recte hanc formulam: *das gemeine Bette betreten*, D. MVLLERVS *de successione ab intestato ex iure ciuili, Hamburgensi & Belgico c. IV. §. 5. p. 96.* accipit pro commixtione carnali, cuius ex praeparatoriis ad illas referuntur formulae 1) das Bette beschreiten, Eintritt ins Bette, das gemeine Bette betreten.

oritur praesumptio, vt vel inde *sedes nuptiarum* audiat ille lectus in *statuto* RAVENSBERGICO, quod laudat HERTIVS *de societate facto contract. Sect. 1. §. 4.* Et notissimae sane sunt formulae, quibus matrimonium ob impotentiam alterius coniugis, consummatione destituture, quibusque ex concubitu legitimo quendam progenitum signamus, *daß die Eheleute mit einander in keinen vollständigen Ehebette gesessen, es sey einer aus echten und rechten Ehebette gezeuget*, vt nullus dubitare possis, quin consensio thalami, *der Bettschritt*, (quam Erfordienses significantius efferunt *den Bettsprunck*, RENNEMANNVS *iurisprud. Iustinian. disp. 8. thes. 66.*) pro sacris hymaenei habeatur in legibus. Et quemadmodum ex hac notione intellexis tum paroemiam, quam quidem PISTORIVS *Thes. paroem. iurid. Cent. V. n. 89. p. 398.* minus recte explicauit: *Ist das* BETTE BESCHRITTEN, *so ist das Recht erstritten*, tum dogma *speculatoris* SAXONICI *L. I. art. 45: Und obwohl das Weib dem Manne nicht ebenbürtig wär, so ist er doch ihr Vormund, und sie sein Genossin, und tritt in sein Recht, wenn sie in* SEIN BETTE TRITT; sic vt omnis euellatur scrupulus, quin *durch den Eintritt in das Bett*, non nudum consensionis, sed congressus maritalis actum h. e. consensionis consequens intelligant iura nostra, en cape tibi hoc ex *iure veteri* FRISIORVM *Synodali* (*Send s. Synd-Recht*) quod habetur in editione iuris FRISICI *Coloniae an. 1468 vel 1470 editi p. 76*: "Wo man klaget wegen einer „ Ehe, daß sie gebrochen sey, und man es gerichtlich einklagen soll, „ so soll man also klagen: Daß die freye Friesinne gekommen sey in des „ freyen Friesen Gewalt, mit des Horns (Drommeten) Gelaut, und mit „ der Nachbahren Begleitung, mit der Feuer-Zeichen Brand und mit „ dem Wonnen (Freuden) Gesang, und daß sie als eine Braut seine BETT- „ STELLE (frisice besma, bedselma) BESTIEGEN, UND AUF DEM „ BETTE IHRES LEIBES GEBRAUCHET MIT DEM MANNE, (in Frisico authentico ende op dae bedde heres lives netta mitta manne) „ unde daß sie des Morgens wieder auffgestanden, zur Kirche gegangen „ sey, Kirchenstand gethan, und die EHE ALSO VOLLZOGEN HABE. Et porro mecum ita tene. *Consummatio* matrimonii est vltimus actus & summus matrimonii gradus, *consummatur* autem matrimonium per *copulam carnalem*, Quodsi mihi dederis (§. 2. *not. c.*), & illico tu dabis etiam, ita intelligendos Leges & commentatores, qui phrasi *consumma-*

Siue consensio thalami.

per quam leges copulam intelligunt carnalem.

ma-

mationis incedunt, & vt ipsum velint intendere *consummationis significatum*, cum alias inter perfectum & consummatum matrimonium omnis exularet distinctio. Atqui vero formula *Speculi* SAXONICI *L. I. art. 45: Swenne sie in sein* BETTE GEIT, in codice latino Lipsiensi MSto an: 1431, (cuius variantes lectiones GAERTNERVS subinde indicauit) redditur: POST CONSUMMATIONEM; approbante hoc ipsum in versione, quam nouam adornauit, latina *Ill.* GAERTNERO vbi *p. 99: Licet maritus vxori suae, quantum ad progeniem non sit aequalis, ratione tamen* CONSUMMATI *matrimonii eius tutor est & efficitur aequalis.*

(g) *In iure* BREMENSI *P. III. tit. 3. stat. 7. ord. 86. p. 321. edit.* OETKEN.: *So wor twee Lude* THOSAMENKAMEN AN ECHTSCHAP *alse Mann und Frau, so welckerer öhrer stervet, de beervet den andern,* ex qua dispositione non potuit non recte inferre CASPAR *a* RHEDEN, vir consularis, *de successione coniugum secundum statuta Bremensia c. 4. §. 18.* quod excludatur ab hac successione Sponsa, si post benedictionem, ipso nuptialis sollemnitatis die, *nondum delibata neo nuptae pudicitia,* vita privetur Sponsus. add. BOEHMERVM *de diuerso sponsalior. iure c. 3. §. 41. p. 153.*

2) an Echtschap tosammen kommen.

(h) V. g. *in iure* SVERINENSI *ab* HOVISCHIO *Senatore collecto T. I. Monument. inedit. p. 2039. Illustriss. Dn. de* WESTPHALEN: *Und ist nach Schwerinischen Gebrauch zwischen Eheleuten diese Gewohnheit, wenn einer es sey Mann und Frau 1000 oder mehr befreyet, hätte oder vermachen können 10. 20. 1000 oder mehr Gulden, wenn sie aber vertrauet und die* DECKE üBER SIE GESCHLAGEN *worden, sind alle Güther, Vorrath, Schulden und Schaden ihnen gemein.* & WESTRO-GOTHICO *Tit. de coniugio c. 2. §. 1. & 2. p. 14:* "Non vero prius donatio in propin„ quos conferenda, quam prius in thoro coniugali *sub vnum* LECTVM „ ET LODICEM VENIANT. Habes ergo in hoc iure Westro-Gothico, infinitis moris patrii diuitiis superbiente, eam quam Germani dicimus *die Deckbeschlagung*, s. *die Auffschlagung der Decke.* Parum autem me movet, quod perceperim esse hanc ipsam formulam, quae plerosque cum HARPRECHTIO *de conscensione thori coniugalis p. 47.* RAVCHBARIO *L. I. qu. 31. n. 12.* MOLLERO *Semestr. L. 3. c. 23.* CARPZOVIO *P. III. c. 19. def. 4.* LAVTERBACHIO *differentiis iuris & Wurtenberg. p. 141.* BESOLDO *ad ius prouincial. Wurtenb. p. 154. & Thesauro*

3) die Decke beschlagen.

quae non est sollemnis appositionis in lectum actus.

pract. v. Bett p. 97. WILDVOGELIO *l. c. c. 3. thes. 2.* inuitauit, vt *die Deckbeschlagung* secundum verbi corticem haberent pro sollemni more appositionis in lectum, quando stragulum obductum & si vno lecto cubuerint coniuges. Ego vero contra sentio & tecta hac locutione communionem corporum per concubitum factam signari puto. Et quidni? Primo enim phrasis *die Decke beschlagen* in legibus nostris vel explicatur *durch den Beyschlaff*, (vid. *ius* TVBINGENSE *in not. c.* ibique: *und dann so hand sie beschlauffen*, WEN *die Deckin der Man mit der Frau beschlegt*) vel, vti ex SCHAFFSHVSANO, WVRTENBERGICO & BADENSI iure perspicuum est, habetur cum illa: *zur ehelichen Beywohnung kommen* pro synomina. Deinde *concubitum* anticipatum Wurtenbergenses & Saxones formula designant: *daß der Bräutigam die Decke nicht so wie Land-Recht erfordere beschlagen habe.* BERGERVS *Oecon. iuris L. 2. Tit. 4. m. 43.* BESOLDVS *cons. Tubing. 296. Tum* vti modo dixi, ita vrgeo & iam, quod Leges nimis generaliter & indefinite loquentes ex aliis explicandae sint, ex vicinis scilicet & exteris, idem tamen institutum seruantibus, si magis determinate rem exponant. Atqui vero illam determinationem in legibus Vltraiectinis aliisque ita dilucide factam esse abunde ostendimus, nullum vt dubiolum vellicare amplius possit, quod verba *die Decke beschlagen*, hic quoque cum effectu scilicet insecuti concubitus intelligi debeant, & hoc sibi saltim velint, quod si peracta sit conscensio thalami, communicatio corporum per coitum praesumatur, nec copula carnalis vlterius sit probanda. COLERVS *P. II. decis. 286. Denique* vti nunquam legeris, pulsationem lodicis (*die Deckbeschlagung*) opponi commixtioni carnali, sic sane frustra eris & cachinnum excitabis, si subtilitatis affectata gloriola ex oratione legum, *die Decken beschlagen* UND *zur ehelichen Beywohnung kommen*, forsan inferres, alterutrum vt effectus matrimonii ciuiles eueniant sufficere, *vel* conscensionem thalami, *vel* concubitum, siquidem in promptu habeatur, quod copulatiua, *Und* resoluatur quandoque in disiunctiuam seu alternatiuam. Dic enim obsecro quid cum hoc sermone, qui paedantissimum redolet, efficies aliud, quam vt e vestigio tibi reponatur, declaratoriam potius τὸ *Und* esse praecedentis extremi & aequalitatem denotare in casibus copulatis, quin illationem tuam de copulatiua vim disiunctiuae nonnunquam adfectante, non aliter veram esse, quam si inter incomparabilia seu repugnantia, quae

hic

hic non adsunt, illa ponatur. ZEPPERVS *cynosura legali c. 15. n. 8. 19.* REINKING *de retract. consangu. qu. 3. n. 31.* WESENBECCIVS *cons. 46. n. 3.* Sed quid demum cum hisce minutis tempus & oleum perdere iuuat, cum dissentientium *de pulsatione lodicis* doctrinam pessime cohaerere quilibet videat, qui oculum adhuc circumfert, praeiudiciorum & auctoritatum fasciis non plane obductum. Nam quamuis ad hoc commonstrandum ab instantia illa libenter me temperauerim, quare detecta alterius coniugum impotentia, locum non habeat communio bonorum, portio statutaria &c. licet coniuges vno lecto cubuerint, *und wenn*, secundum corticem verborum, *die Decke beschlagen ist?* responsionem scilicet praeuidens, quod ex matrimonio *nullo*, quale illud ob impotentiam, licet una pars vitii gnara fuerit, redditur, nulla communio bonorum, dos nulla, portio statutaria nulla, nulli effectus intelligantur ciuiles: hoc tamen admodum vellem, vt hi qui tantopere propugnant eo in pulsationis lodicis nudo actu subsistere leges, easque insecuti concubitus rationem vix habere, breuiter prodant, cur de portione statutaria, de Morgengaba, dotalitio, aliisque commodis frustra experiatur vxor, quae adscenso lecto maritali & *lodice pulsata*, amplexus mariti ab initio praefracte renuit, nec persuasionibus, adhortatione, illecebris allecta vnquam, vt corporis copiam fecerit, marito autem in hoc rerum statu morte exstincto. vid. FABERTVM *ad consuetud. Lotharing. tit. 3. §. 46. n. 265. de* LVDEWIG *T. I. gelehrter Anzeigen n. 217. p. 952.* ibique ICtorum Hallensium responsum in hanc sententiam conceptum: *daß ein Eheweib, welches ihren Ehemann nicht ehelich beygewohnet, zu dessen Erbschafft nicht zu lassen.*

(i) v. V. R. GODOFREDI SCHVTZII *Apologiar. pro antiquis Germanis Collect. III. n. 2. p. 44. f. 49 sq.*

(k) Vt offendo in codice *Legum* NORMANNICARVM circa an. MCCCCI. scripto *L. II. c. 37. §. 10. p. 347. Si autem contracto matrimonio, maritus decesserit nondum insimul in eodem receptis* CVBICVLO, *relicta, de sua terra nullam poterit dotem reportare. Tunc enim mulier per consuetudinem Normanniae ius in dotem habendam dicitur obtinere, cum mariti sui* PONDEREM (portam) CVBICVLI *subintrauit.* Addit quidem, qui hoc κειμηλιον *Tom. VII. Reliqu. MStor.* edidit notulisque selectae exquisitaeque doctrinae instruxit LVDEWIGIVS *in not. 24.* 4) ponderem cubiculi intrare. error Ludewigii.

Est

Est enim hoc singulare, cubiculi ergo matrimonium haberi pro consummato; sed nisi religio obstaret & cultus, quo manes ossaque viri in omni scientia magni prosequor, cauillationis notam vix effugere dixerim hanc interpretationem. Non enim Normannus, qui principiis e patria septentrione reportatis arua sua irrigauit, matrimonium solo *cubiculi* introitu ad effectus ciuiles pro consummato haberi, sed respicere censendus est operas in cubiculo celebrandas connubiales, quarum praesumptio in praeparatoriis fundatur & in actu propinquo. Et tamen quod modesta hac locutione incedant illa iura mirum non videbitur, qui attenderit, verecundioribus aliis dictionibus in illo argumento indicando subinde vti verecundum Germanicae Themidis idioma.

5) Zur leiblicher Khanschafft kommen.

Inde enim non solum iura OENIPONTANA *tit. IX. §. 7.* communionis bonorum inter coniuges initia statuunt *nach* LIPLICHER KHANSCHAFFT, h. e. post communionem corporalem, a quo bonorum & corporum consortio ipsum matrimonium ab VNRESTO *Chron. Austriaco ap.* HAHNIVM *Tom. I. Monument. p. 775. 792.* dicitur *die heilig Khanschafft*; verum etiam, quod significantius magis est & modestiam prodit, ex *iure* TREVIRENSI, quod seruo manu scriptum, maritus vsumfructum illatorum ab vxore indipiscitur *nacher gepflegung der* EHELICHEN MINNUNG. Ipsum autem vocabulum *die Minnung, Minne,* quod Theotisca lingua amorem,(*) societatem amoris testificandi causa conglutinatam proprie denotat, PEZIVS *glossar. Tom. III. Script. rer. Austr. p. 286.* LEIBNITIVS *Archaeolog. Teut. p. 123.* GLOSSARIVM *Speciminibus Poëseos antiquae Sueuicae Seculi XIII. adiectum p. 285.* PALTHENIVS *in notis ad Tatianum p. 359.* pro copula carnali hic accipi indubium mihi videtur, ex quo quidem ex *libello vetusti iuris* BAVARICI *a. MCCC. tit. IX. p. 82. edit.* HEVMANNI aliisque documentis didici, connubium

6) wen die eheliche Minnung gepflogen.

(*) Vnde *minneber*, zur Liebe tüchtig, *minnelich*, allerliebst, *Minnebuch*, canticum canticorum, *Amye*, *Amynne* puella chara, concubina, *minner* amasiator, *beminde* charus, *umminne*, dissidium, quae aliaque plura dedita opera conduxit & interpretatus est PRAESES *in etymologischer Anmerckung von der Benennung der Minnen-Brüder*, Diario Hamburgensi litterario, (freye Urtheile und Nachrichten) *a. 1748. p. 193--206* inserta & GOTTFR. SCHVTZIVS V. R. *Exercitat. ad Germaniam gentilem IIII. §. 30. p. 126 sq.*

nubium, in quo de erecto Veneris vexillo non potest sibi gratulari maritus, dictum nostratibus fuisse: *Eine Ehe, da der Wirth eine Fraw nicht gepflegen mag noch* GEMINNEN. Nec obliuiscor, quod dogma de coniugibus *nobiliter & competenter adiunctis*, acquaestum in communionem deducentibus proposuerit modesto sermone *Lex* WISIGOTHICA *L. IV. tit. 2. §. 16.* Quamuis enim variantem lectionem nullam notauerit LINDENBROGIVS, tamen ne dubitandum videtur, quin legendum sit *notabiliter*, i. e. palam, vt vnusquisque sciat, eos coniuges esse, quod fit, si vna cubuerint. (*wen die Decke beschlagen ist*) Vt tamen concubina ab vxore discernatur, additur, *& competenter* factam esse oportere coniunctionem, i. e. ritibus apud Wisigothos receptis, per hierologiam scilicet, cuius ritum *Wisigothos* non ignorasse ex *L. XII. tit. 3. §. 8.* eiusdem legis obseruat B. HEINECCIVS *Elem. iur. Germ. T. I. L. I. tit. 10. §. 211.*

7) notabiliter iungi.

§. V.

Luculentissimae sunt, fateor, legum Germanicarum orationes, aptissimae ad obstruendum os aduersae sententiae patronis, quin promtae vndique parataeque ad detergendum fucum, quem faciunt, qui vel ridiculo Saxonum euremático, vel imaginario, lusorio & schematico actui consensionis thalami effectus ciuiles tribuere satagunt. Nec tamen, omnes eae licet deficerent, de causa actum puto, vbi adhuc loquuntur, cantant & patrii iuris mentem in ipsis rerum argumentis tuentur tot omnis aeui codicilli, monumenta, diplomata, quae exoptata rerum conuersione diuino nunc beneficio tineis blattisque surrepta inque lucem reuocata, optimos certissimosque iuris nostri interpretes merito suscipimus. Ex istis autem praesidiis quae mihi videre videor, breuiter succincteque iam quidem recitabo, iudicio optimi cuiusque interea relinquens, an hocce armorum genere siculnea Doctorum propugnacula feliciter satis expugnauerim. *Primo* ergo teneo: dotem maritalem, quam maritus vxori constituit (a), vxori demum cessisse *legitima*

(b) ex argumentis diplomaticis

indeque emergentibus conclusionibus.

coniunctione expleta, & commixtione coniacendo habita aliquali, ſtylo loqui mihi liceat chartae vetuſtae apud EDMVNDVM MARTENIVM (b) obuiae. *Secundo* obſeruo, traditionem dotium muliebrium, quae peregrina iura inuexerunt, ſuſpenſam fuiſſe ad tempus *matrimonii per conſortium corporum conſummati, vsque dum carnaliter ſe iunxerit coniugum par nobile.* Fidem teſtor codicillorum antenuptialium, legitima hac cautione inſtructorum apud GVDENVM (c), TOELNERVM (d), MVLLERVM (e), SENCKENBERGIVM (f), DITMARVM (g), LVNIGIVM (h), SCHROEDERVM (i), du MONT (k) & Illuſtiſſ. Dn. de WESTPHALEN (l). *Tertio* animaduerto, ad conſequendum dotalitium in pactis dotalibus promiſſum, *matrimonii copula carnali conſummationem* requiri (m), adeoque rationem habuiſſe conſultiſſimam Germanos, cur ex aduerſo *Quarto* ante corporale conſortium *vxori* dotalitium exigendi, *marito* vero dotem expetendi ius omnino negarent (n), *quin* etiam cur renuntiationes ſuper maritagio, *celebratis ſecretis matrimonialibus* fieri plerumque curarent hi, quibus dotandi vel virgines congruo maritagio elocandi incubuit neceſſitas. (o) Quibus omnibus per ſe momentoſis *Quinto* accedit, quod *Morgengaba*, ſiue ea in ſignum conſcenſi thalami, ſiue ad confirmandum amorem & ad meliorem vitae ſuſtentationem, ſiue in premium interfectae virginitatis (p) erogetur, vxori nonniſi cedat *poſt concubitum* (q) & altero poſt noctem nuptialem die (r), vt quilibet inde intelligat nil Germanorum inſtitutis lucrari vxorem, niſi conſummato matrimonio, quod contigit demum *copula carnali.*

Siquidem dos a) Germanica

(a) More quidem antiquiſſimo, a TACITO prodito. Merito ergo dicitur *dos iuris Germanici,* cuius finis & cauſa, vt vxor olim *vidua* habeat, ex quo vitam honeſte & pro dignitate mariti toleraret, vnde etiam

dos

dos illa matitalis Frisiis audit *Weetma*, *Widuma*, *Veduema*, *Withum*, Anglo-Saxonibus *Veoduma*, *Wcotuma*, Francis, *Widimo*, docentibus WICHTIO *ad ius Frisiae oriental. p. 225.* SOMNERO *in Dictionar. Angl. Sax. h. u.* SCHILTERO *gloss. p. 881.* WACHTERO *gloss. Germ. p. 1895.* vbi adducit illud WILLERAMI *cap. III. v. 2:* do er imo selbemo mahelta mit themo *withemo* sines heiligen blodes, *cum illam sibi desponsaret dote sacri sanguinis sui.* Sed notissimum est, egregiis luminibus hoc argumentum illustrasse, & quae tropica hic instituerit ius Romanum curate exposuisse LVDEWIGIVM *de dote mariti*, GVNDLINGIVM *de emptione vxorum*, BOEHMERVM *de secundis nuptiis personar. illustr.* BAVDISIVM *pr. de dote iuris German.* HEINECCIVM *Element. iuris Germ.* alios. Moris interim atauiti Saeculo adhuc XI & XII sarti tectique seruati exempla habentur apud MEICHELBECKIVM *historia Frising. T. I. P. I. p. 264. P. II. p. 37. 50.* SCHANNATVM *Tradit. Fuldens. n. 616. p. 258.* & *in consuetudinibus Laudunensibus a. 1128. apud* BALVTZIVM *Miscellan. L. VII. p. 290:* "Vir si sine haerede mortuus fuerit, *praeter dotem, quam vxori dedit*, tota possessio ad propinquos suos redeat. „ *Dotem autem in vita sua mulier* tenebit.

(b) *Tom. I. Anecd. p. 123.* vbi habetur RICHARDI comitis Normanniae documentum a. 1008 his quidem verbis descriptum: *Ego Richardus, o dulcissima sponsa & amantissima coniux Iuditha, comitissa Normanniae, a parentibus & propinquis tuis expetiui te & sponsalibus ornamentis desponsaui te, & praeterea LEGITIMA CONIVNCTIONE EXPLETA in DOTE, tum dono, tibi donatosque perpetuo volo pagos, qui sequuntur.* Putat equidem, qui easdem tabulas edidit vir doctissimus & querna corona dignus LVCAS D'ACHERY *Spicileg. T. VII. p. 204. legitimam coniunctionem expletam* intelligere Richardum *copulam sacerdotalem*, vnde matrimonii omnis valor, effectus omnes. Sed dormitat Religiosus praecellens, immemor plane, *copulae & coniunctionis sacerdotalis* elogia nomenque non cadere in illo aeuo, quo ignorata omnino fuit sollemnis traditio & copula sacerdotalis, quo res eo non deducta erat, vt minister ecclesiae desponsatos crederetur *coniungere*, quo vox a sacerdote proferenda: *Ego vos coniungo in matrimonium*, (quam in *Rituali Romano* demum deprehendimus) exulabat prorsus ex benedictionum nuptialium formulis, quae, vt ex vetustis missalibus a MARTENIO

uxori non cessit, nisi legitima coniunctione expleta.

D'acherius, qui per legitimam coniunctionem hierologiam innui putat, refellitur.

de ritibus antiq. eccles. editis manifeste intelligitur, in orationibus subsistunt ac benedictionibus, atque professionem consensus desponsatorum exigunt, adeoque sacerdotis officium in hoc solum reponunt, vt desponsatos moneat ille, vt se inuicem in facie ecclesiae verbis de praesenti traderent. Haec ergo si iusta lance pondero, vix a me impetrabit D'ACHERIVS, vt *legitimae coniunctionis* eundem, quem ipse prodit, velim significatum, sed pertinaciter insisto professae de ἐνεργεια phraseologiae huius sententiae, quin imo ex eo inhaereo pertinacius, ex quo in doctissimi IO. HERMANSONII *dissert. de ritu nuptiarum apud veteres Sueo-Gothos Vpsal. 1726. Sect. 1. §. 9. p. 17.* legi, seruari hodieque in Suecia, morum atauitorum Germanicorum & Saxonicorum illo palladio & tutelari, vt *dos maritalis* postridie nuptiarum vxori a marito exhibeatur, addita ratione: *Nullas donationes fieri ante concubitum nec vllam inter coniuges bonorum cenfusionem, ante confusionem corporis.* Idem asserunt probantque LOCCENIVS *Synopsi iuris Suetici diss. VII. membr. 2. §. 6. p. 173. & in Lexico iur. Suet. p. 108.* STIERNHOECKIVS *de iure Sueo-Gothor. vetust. L. II. c. 1. p. 164.* DAV. NEHRMANNVS *diss. de dote mariti speciatim Morgongifwa, Lundini Scanor. 1742. c. 1.* LVNDIVS *ad Leges Westro-Gothicas p. 101.* ex quibus perspicuum quoque est, Morgengabae & dotis maritalis nullam iure Suecano esse differentiam, quam etiam non agnoscunt iura Anglo-Saxonica, palam hoc quippe facientibus AELFRICO & BENSONIO *in gloss. v. Morgengifa*, Lege AETHILBERTI *80 apud* HICKESIVM *T. II. Thes. Sept. p. 189:* "Gif hio bearn ne gebyreth *faede-*
„ *ring fioh* agan and *Morgangyfe.* i. e. Si ipsa prolem non peperit ali-
„ menta habeat & *dotem.*

nec b) dos muliebris marito tradita ante corporale commercium

(c) *In codice diplomatico Tom. I. n. 234. p. 739*, vbi socer Robinus de Couern septingenta marcas pro dote filiae Elisabethae de Eppenstein adsignandos spospondit, a die, quo Robinus Lyfe CARNALITER SE CONIVNXERIT & *matrimonium contractum fuerit* CONSVMMATVM. Scriptae hae tabulae sunt a. 1272 & recitauit easdem etiam B. IOANNIS *spicilegio tabular. inedit. p. 297.* Notanter autem & significantius in hoc diplomate dicitur *carnaliter coniungi*, non *corporaliter.* Error enim est doctissimorum hominum, quod vtriusque phraseos eandem notionem & vim synonimicam voluerint, & verius est, τὸ *corporaliter iungi* pro *copula sacerdotali*, & *carnaliter iungi* pro ipso concubitu

probatur ex documentis a. 1272.

accipi

accipi a medii aeui scriptoribus & diplomatopoaeis. Id enim sane discriminis in aliis capies ex NONNOSII verbis *in vita S. Kunigundae c. 1: Beata & Deo dilecta Cunigundis terreno Imperatori* CORPORALITER, *non* CARNALITER *coniuncta, caelesti regi suam virginitatem consecrauit*, itemque ex bulla INNOCENTII III. PP. canonizationis Cunigundae apud GRETSERVM *de diuis Bambergensibus p. 424. B. Kunigundis S. Henrico Imp. fuit* MATRIMONIALITER *copulata, sed ab eo non extitit* CARNALITER *cognita.* phrasium corporaliter & carnaliter iungi differentii.

(d) In *Codice diplomat. Palatino n. 200. p. 160. & apud* SCHILTERVM *Institut. iuris publ. L. I. tit. 1. §. 8*, vbi leguntur ante nuptialia instrumenta RVPERTI III. comitis Palatini a. 1393, in quibus bis terque repetit ille, se CAROLO Lotharingiae duci, genero, augmentum dotis praestiturum, si vna cum filia dormiuerit: *Und sollen wir und sie noch keine Forderung darümme thun, er habe dann vor BEYGESCHLAFFEN bey der obgenandten unser Enckelin und Tochter. Wir dürffen auch den obgenandten Hertzog Karle die Schlosse Zweybrück, Hornburg und Bergzabern, als wir ihm die für das Zugeld versetzet und verschriehen haben, nit ingeben vor den BYSCHLAFFEN, und wenn das BYSCHLAFEEN geschehen ist, so soll das inantworten der Schlösse auff beede Syt geschehen eines mit dem andern.* anni 1393

(e) *In Reichstags Theatro Kayfers Maximiliani II. Vorstell. n. 67. §. 10. p. 568.* vbi in pacto confraternitatis inter BALTHASAREM Thuringiae & HERMANNVM Hassiae Landgrauium a. 1392 inito & per mutuum matrimonium confirmato habentur sequentia: *Und wir Herman habin auch alzo gelobet deme egenanten Hern Balthazer und Hern Friedriche syne Sone, zcu geben, von unser Tochter obgenannt, Mitgabe wegin zcwelff tusend gute Gulden, dy gut sind an Gelde, und schwer gnug an Gewichte. Alzo wan Herr Friderich unsers egenanten Balthasars Son BYSCHLAFFEN WILL.* anni 1392

(f) *In Selectis iuris & Histor. T. II. p. 707.* vbi GVILIELMVS comes Hennebergicus & MARGARETHA de Rodemache coniuges Weinrichio de Oberstein comitatum Falckensteinensem a. 1456 dotis loco cedunt, hac clausula legeque: "Und wan Melchior sin Sone mit unser Dochter zu „ yren Dagen kommt, nemmelichen das Melchior funffzehn Jare alt ist: „ So sollen wir Wieriche obgenannt demselben unsern Sohn sunder len- an. 1456

„ ger verziehen beylegen und mit demſelben BYSCHLAUFFEN, yne
„ beiden Melchior und Irmgarten vorgenannt das Schloſſ Falckenſtein
„ halbs mit dem halben theil aller Güter und Rente, Landen und Lu-
„ den - - - ahn alle Inderung, Verzug und Wiederrede unſer Erben
„ ingeben und zuſtellen &c.

ann. 1434. 1481. (g) Plura in eius *codice diplomatico Cliuenſi Annalibus* TESCHENMACHERI adiecto in hanc rem occurrunt documenta, quorum bina ſaltim notatu digniora in probationem transſcribo. Et primum quidem ex pactis dotalibus HELENAE, ADOLPHI Cliuenſis ducis filiae & HENRICI Ducis Brunsuicenſis *a. 1434. num. 72:* "So ſullen en willen wy Adolph, als den „ hertouge Heynrich voirſsl. ouſſ liever Dochter Jouffrauen Helenen tor „ Brutſchatt end Medegaven geven vierthein duſend overlandiſche Rey- „ niſche Gulden munten der Kurfürſtlichen op den Reyne, of ander Gult- „ Gulden - - - ſo willen wy Adolph vürſtl. offt Gebreckhe ouſſ, onſe „ Erven voirſsl. doirn levern toe Loilene tot behouff Hertouge Hinrich „ voirſsl. getrouet ende BESCHLAPEN ſoll weſen. Alterum ex tabulis antenuptialibus IOHANNIS iunioris, Cliuiae ducis & MECHTILDIS, filiae Henrici Landgrauii Haſſiae *a. 1481. n. 91. p. 108:* Und wann des genand- „ ten unſers Lbden Bruders nnd Ohmen Land-Grafen Heinrichs Tochter „ zwolff Jaire alt worden iſt, ſo ſoll man ſie mit den obgenandten Her- „ tzog Johann nach Ordnung und Gewohnheit der heyl. Kirchen ſich „ unter einander vertrauen und vermittelſt eenen *Preſter zu der heyl.* „ *Ehe zuſammen geben laſſen*, und ſo ſie vierzehn Jar alt worden iſt, „ ſoll man ſie darnach ungefehrlich binnen den nechſten halben Jaire „ darnach volgende EHELIECH BEYLEGEN, und der genant unſer lie- „ ber Bruder und Oheim Land-Graf Heinrich ſoll der ehgenanten Fr. „ Mechtilden ſyner Dochter zu den obgenanten Hertzogen Johann - - „ zu rechten BRAUTSCHATZ und MEDEGIFFT geben 28000 gute „ Reiniſche Gülder - - und ihm die ausrichten und bezahlen - - nem- „ lich wenn die ehegenannte Fr. Mechtild unſere liebe Muhme - - und „ unſer Neve Hertzog Johann, ehegenandt EHELICH BEYLIEGEN „ SULLEN, und der genandt unſer lieber Bruder und Oheim Landgraf „ Heinrich Frau Mechtilde ſein Tochter unſer liebe Muhme den gedach- „ ten unſern lieben Neven Hertzog Johann zu Huſe bringen, oder ſchi- „ cken würdet, EHELICH BEYZULIEGEN, daſs den nit länger dan

wie

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1866203509/phys_0052
DFG

„ wie obgemeldet ist vollzogen werden soll; so soll er auch die ehege-
„ nandten Summen Geldes, nemlich 28000 Gulden Brautschatz und Me-
„ degifft zu stund als man sie ehelich beylegen soll, bringen oder schicken.
Coeteroquin hoc documentum, erroneum dogma STRYCKII *de iure viduarum nobil. March. c. 1. n. 14.* MANZELII *de rationibus decidendi a benedict. sacerdot. petitis Sect. 2. §. 10. aliorum*, scilicet quod matrimonia per hierologiam quoad effectus ciuiles consummentur, foras pellere non opus est, quod moneam. Id enim, me etiam silente, quilibet videt absque perspicillo.

(h) Vide nuptialem libellum, quo FRANCISCI Ducis Luneburgensis, lineae Gifhornensis vidua, Clara Henrica, HENRICO Misnensi Burggravio filiam a. 1563 despondet, dote 12000 thalerorum constituta, apud LVNIGIVM *Archiuo imperial. P. Spec. IVte Abtheil. Cent. II. Abs. 4. p. 276: Und soll Ihr. Lbden 12000 Thaler Heyraths-Geld - - erlegen; und das übrige jeztgemeldte unser Frau Muhme und Schwestern Frauen Claren nach aufgerichteten Verträge erlegen, und das übrige iezt-gemelte unser Frau Muhme und Schwester*, VON DEM IHREN DARZU THUN WIRD, *binnen Jahr und Tag, nach* GEHALTENEN EHELICHEN BEYLAGER *zu Leipzick baar über und in einer Summen, gegen gnugsahmer Quituug - - entrichten und bezahlen.* Itemque instrumentum antenuptiale ANNAE OTTILIAE, comitis Saarbruckensis & GVILIELMI, comitis Saynensis & Wittgensteinensis a. 1609 apud eundem LVNIGIVM *Spicileg. secular T. II. p. 1069: Bey solcher Heyrath und ehelicher Vermählung ist abgeredet und verwilliget, daß der wohlgebohrne Graff und Herr, Herr Ludewig, Graff zu Nassau und Saarbrücken, - - gedachter Fräulein Annen Ottilien, seine freundliche lieben Schwester, nach* BESCHEHENEN EHELICHEN BEYSCHLAFF *in dotem und zu rechter Ehe-Steuer und Heyraths-Guth, gleich andern der Schwestern geben soll und will 8000 Gulden.* quibus formulis concepta fere sunt pacta matrimonialia ELISABETHAE, Ioannis Nassouiae comitis filiae & CHRISTIANI Waldecensis comitis a. 1604 l. c. *p. 1436.* & ADOLPHI FRIDERICI Strelicensis ducis & IOANNAE, Serenissimi ducis Saxo-Gothani Friderici filiae a. 1702 l. c. *p. 608.* & apud THVCELIVM *Actor. publ. T. II. p. 261.* BVRCH. GOTTHELF. STRVVIVM *Iurisprud. Heroica P. II. c. IX. §. 16.* an. 1563. 1609. 1604. 1702.

(i) *In*

a. 1324 (i) *In Megapoli papaea Tom. I. Alphabet VI. p. 1042.* vbi HENRICVS dux Megapolensis Iaromaro filiam 1324 despondens ita: *Promittimus enim filiam nostram nomine Beatricem filio suo Iorinaro tradere in vxorem, assignantes eidem ratione* DOTIS *propter nuptias mille quingentos marcas puri argenti infra annum & diem, postquam* THORVM SVVM INTRAVERIT, *numerandos, & iuxta leges patriae exsoluendos.*

an. 1560 (k) *Dans le corps diplomatique Tom. IV. P. I. p 63.* ibique connubialia instrumenta FRIDERICI, Electoris Palatini filiam Dorotheam Susannam a. 1560. Io. Guilielmo duci Saxo-Vinariensi nuptui collocantis: Wollen „ auch dieselbe unser liebe Tochter Sr. Lbden, vermittelst göttlicher „ Verleihung, ehelichen vertrauen, und auf schier kommenden Sonna- „ bend nach Trinitatis beylegen und folgen lassen, und NACH SOLCHEN „ VOLLBRACHTEN BEYLAGER unsre Tochter zu einem rechten Hey- „ raths-Gut, zwey und dreissig tausend Gulden Rheinisch, ieder zu 15 „ Batzen oder 30 Kreutzer gerechnet, mit samt Kleinodien, Kleidern, „ Geschmück, Silber-Geschirr, und allen andern abfertigen.

an. 1355 (l) *Tom. IV. Monument. ined. rerum German. p. 985.* ibique in conventione NICOLAI, domicelli Werlensis & ALBERTI ducis Megapolensis de dote & dotalitio sponsae MAGNI, filiae Alberti a. 1355: *Dat wy scholen geven unse Dochter Catharinen, Herren Magnus sinen Soehne, des scholen wy* MEDE GEVEN *twe tusend marck Sulvers loedegs, de schole wy bereden binnen Jahre und Dach* DARNACH, WEN SEE IN SIENEME BEDDE KUMT

c) nullumque dotalitium ante consummatum matrimonium.

(m) Pacta loquuntur dotalia WALDEMARI III. Danorum regis & HEDEWIGIS, Waldemari Slesvicensis ducis sororis, Lubecae die Veneris ante festum Vrbani a. 1340 scripta editaque a PONTANO *histor. Danica L. VIII. p. 465: ubi* NVPTIAE *erunt* CONSVMMATAE *cedentur sorori nostrae ad vitam arx atque vrbs Ripensium, vna cum theloneo, molendinis & fructibus vniuersis extra intraque vrbem sitis.* Eiusdem commatis sunt illa, quae leguntur *dans Recueil des Traitès de Paix T. I. p. 643. & ap. du* MONT *l. c. T. III. P. I. p. 182.* Vt ergo in singularibus reponendum sit, quando STEPHANVS, Transyluaniae Waywoda, Agnetae sponsae dotalitium mille marcarum puri argenti praestandum promiserit, priusquam cum sponsa Agneta *commixtionem coniacendo habuerit aliqua-*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1866203509/phys_0054
DFG

qualem. vid. *diplom. a. 1345* apud *de* LVDEWIG *Tom. IV. Reliqu. MStor. p. 277.* Ex quo merito colligimus, dotalitium ante matrimonii consummationem locum non habere, nisi ante nuptialibus pactis aliud fuerit prouisum.

(n) vide tabulas dotales inter PHILIPPVM Imperatorem atque filiam HENRICI iunioris, Ducis Brabantiae, a. 1207 compositas apud LVNIGIVM *Reichs-Archiv P. Gener. Cont. II. p. 124. & codice diplomat. German. T. II. p. 1082: Item si contigerit mori filiam ducis Brabantiae* ANTE CARNIS COPVLAM, *ipse rehabebit illa omnia bona, quae in dotem filiae regi dederat*, charta consulum in Duderstadt a. 1294. apud GVDENVM *cod. diplom. T. I. n. 417. p. 883: Si vero quod absit, praefatus nobilis dominus Gerhardus de Eppenstein vel domicella nostra Alheidis - - decesserunt*, ANTEQVAM *simul conueniant &* DORMIANT IN VNO LECTO ET MATRIMONIVM CONSVMMANDVM, *praefatus dominus Gerhardus Archiepiscopus Moguntinus & dominus Gerhardus nepos eius contra nos, siue illos, apud quos pecunia deposita fuerit memorata, in toto vel in parte nullam habebit penitus actionem*, charta a. 1327 ap. *de* LVDEWIG *Reliqu. MStor. T. V. p. 482: Hoc etiam specialiter adiunctum, quod si per mortem alterius, videlicet Ladislai - - & Annae* MATRIMONIVM NON POSSIT *legitime* CONSVMMARI, *hinc* NEC *nos, supra dictus rex Bohemiae ad soluendum* DOTALITIVM *erimus obligati.* Et habuimus sane memorandum eius rei in historia Megapoleos, patriae meae, exemplum. ALBERTVS enim dux Mecklenburgensis a. 1423 MARGARETHAM, Electoris Brandenburgici FRIDERICI filiam sibi desponsatam domum deducturus, Tangermundam sese contulit, nuptias ibi celebraturus. Fridericus II. Episcopus Brandenburgensis sacra peregit, & sponsam Alberto pro more in ecclesia recepto tradidit, sed mors nuptialibus facibus vix ac ne vix quidem exstinctis, ferales miscuit taedas, repente e medio sublato ALBERTO principe, antequam Sponsae tenellae assuescere potuisset. Quapropter princeps tristis rediit ad patrem. Dotalitium illi quidem promissum fuerat Wittebergensis arx & praefectura, sed quoniam matrimonium consummatum haud fuerat, Mecklenburgici se ad illud praestandum haud teneri arbitrati sunt. CRANTZIVS *Vandal. L. XI. init. Dn. de* BEEHR *Rerum Mecklenb. L. II. c. 8. p. 343.*

probatur ex documentis a. 1207. 1294. 1327

(o) Quam cautelam capio ex PETRO *de* VINEIS *L. III. c. 5.* ap. D'ACHERY *Spicileg. T. II. p. 575: Non possumus non silentio praeterire, qualiter Marchioni Misniae sorore sua nuptui tradita, in terra sua nuptiis celebratis,* CVM PRIMA THORI GAVDIA CELEBRASSENT *aggressus est in lecto & surgere non permisit, donec eos in manibus dotes & ius de quibus tenebatur eis pro* MARITAGIO *respondere, oportuit necessario remisisse.* Maritagium, nuptialem apparatum hoc loco significare docet contextus, & notissimum est, hac appellatione venisse paraphernа, vel quicquid de sede paterna, vel ex munificentia proximorum & amicorum attulit vxor, GLANVILLA *de legibus & consuetud. Angl. L. 7. c. 1.* FLETA *L. 5. art. 24.* KENETTVS *Antiq. Ambrosdun. p. 771.* Apud Longobardos audiebat *Faderfium* & in *lege LXXX.* AETHILBERTI regis, Anglo-Saxonica *Faedering-feoh*, Suecis *Hemfield*, *Heimsteura*, Holsatis *Aventgebe*, *vid. chart. Henr. de Landest apud Dn. de* WESTPHALEN *T. IV. Monument. ined. p. 3459.* Frisiis *die Morgengave*, vid. *ius* FRISIAE *oriental. L. I. c. 66. p. 155: Dat heet eine herkünfftige Morgen-Gave, de van dem Vader edder Groete-Vader de Dochter wert gegeven.* Alioquin autem *maritagium* praestationem esse neminem latet, qua licentiam & consensum nubendi & matrimonium contrahendi a domino redimebant hi, qui potestati herili quoad corpus sunt obnoxii, Bremensibus *der Hembdschilling*, alibi *Bumeda*, *Corimede*, *Marcheta*, *Lavegelde* in Borussia, docente HANOVIO *in den Preussischen Samlungen T. I. p. 243.* Cuius quidem soluendi necessitas vti ex hac ratione incubuit hominibus propriis & villanis, POTGIESSER *de statu seruor.* CANGIVS *Gloss. T. IV. p. 525.* COVELLVS *institut. iur. Angl. II. tit. 3. §. 2,* GILES IACOB *a new Law Dictionari v. Marchet.* itemque ministerialibus vid. *chart. 1141. 1303. ap.* FALCKENSTEINIVM *codic. dipl. Nordgav p. 120.* MENCKENIVM *Spror. rer. Germ. T. III. p. 1131.* HEDAM *in Episcop. Vltrai. p. 118.* MATTHAEVM *Paris. ad a. 1213.* CRAGIVM *L. 2 tit. 1. diegesi 21. p. 295.* illud tamen singulare, quod elocatio filiorum & filiarum in nonnullis Germaniae ciuitatibus pependerit ab arbitrio principis, nec cuiquam ciui patri indulgeretur filios filiasque desponsandi licentia, insalutato principe. Quod in abusum & vt matrimonia saepiuscule redderentur coacta adeo degenerauit, vt opus fuerit priuilegiis, quibus ciues sibi prospicerent: *vt libere maritarent*

d) indeque renuntiationes maritagii post conscensionem thalami interpositae.

Obseruatio de ciuium restricta libertate liberos elocandi.

rent filias, & ne ciues aut ipsi, aut viduae, filio, filiae, nepotes & aliae ciuitatis personae, mares & feminae ad matrimonia siue ad sponsalia cogerentur a principe inuiti, vti quidem cautum legitur in priuilegio Neostadio Austriae a. 1277. a RVDOLPHO I. Imp. concesso apud PEZIVM *codice diplomat. epistol. P. II. p. 133. n. 222.* pariterque in codicillis, quos de concessa illa licentia 1195. 1207. 1187 impetrarunt Rupellenses, Rotomagenses, Condenses in D'ACHERII *Spicileg. T. III. p. 550 s.* Quorsum etiam decantatum pertinet priuilegium HENRICI VIII. & RICHARDI Imperatorum Moeno Francofurtanis de filiabus libere elocandis 1232. 1297 datum, hac formula: *talem vobis damus gratiam & concedimus libertatem, vt nunquam aliquem vestrum pauperem vel diuitem cogamus aut arctemus filiam vel neptim suam alicui de curia nostra & extra curiam nostram copulare aut tradere legitimam in vxorem.* Si mihi aliquid decernere datur, putarem, restrictam illam & consensu domini territorialis alligatam oppidanorum libertatem matrimonia contrahendi & liberos elocandi, reliquias redolere *seruitutis*, vel antiquae conditionis ciuicae, quae vel libertina fuit vel seruilis. Nam seruos nuptias sine consensu domini neque olim adfectasse, neque adfectare etiamnunc, modo dictum. Atqui vero plerosque, qui in vrbibus olim confluxerunt vel *seruos*, vel, qui non multum seruos erant, *libertinos* fuisse, testatur S. BONIFACIVS, qui apud OTHOLONEM *in vita eius c. 11.* Erfurtum *prbem paganorum rusticorum* vocauit; testantur exempla quasi manumissionum & exemtionum ab iugo seruili, ciuibus Saeculo adhuc XIV. indultarum ap. LVNIGIVM *Archiv. Imp. Part. Spec. cent. IV. P. II. p. 639.* & MEIBOMIVM *Script. rer. Germ. T. III. p. 205.* quin vel ex hoc vnico intelligitur, quod mortuarium ex hereditate hominis ciuici principes sibi vindicaverint olim, vid. *documenta ap.* RETHMAIERVM *Chron. Brunsuicens. p. 27. 32.* HAHRENBERGIVM *historia Gandersheimensi diplomat. p. 130.* D. ANTON. LVDOW. SEIPIVM cultissimo libello Academico *de iure occupandi exuuias c. 1. §. 10.* nisi eius gratiam fecissent illi singulari privilegio, quo quidem Spirenses & Wormatienses mactatos fuisse constat ex codicillis caesareis apud LEHMANNVM *Chron. Spirensi IV. 22. de* LVDEWIG *Reliqu. MSt. T. II. p. 283. Perill. de* SENCKENBERG *Select. iuris & histor. T. VI. p. 171 s.* SCHANNATVM *probat. histor.*

oriunda ex pristina conditione ciuium seruili.

hiſtor. epiſcop. Wormat. p. 84. MOSERVM *im Reichsſtättiſchtn Handbuch P. II. p. 968.* TOELNERVM *cod. dipl. hiſtor. Palat. p. 55.* Et hodie varia onera a ciuibus manumiſſis ex priſtina conditione ſeruili ſubeunda, veluti ius detractus, operas burgenſes &c. id quidem adeo notum eſt, vt notius vix quicquam eſſe queat.

e) nec Morgengaba ante conſummationem matrimonii intelligitur.

(p) *Primam* datae *Morgengabae* rationem, nempe ſymbolum conſcenſi thalami & apprehenſae thori poſſeſſionis arctiſſimique conſortii per conſcenſionem perfecti agnoſcunt GVNDLINGIVS *de emptione vxorum c. 4. §. 19.* Ill. ATRER *de iure connubiorum apud Germanos §. 9.* PVTTERVS *V. cl. Element. iur. Germanici §. Alteram*, quae *Morgengabam*, cedere aſſerit vel nobilitatis vel honoris ergo, vel ad firmandum magis amorem, vel vt vxor vidua habeat, vnde vitam lautius honeſtiusque ſuſtentare poſſit, propugnant HARPRECHTIVS *de conſcenſ. thori conſugal. c. 1. §. 19. Ill.* HELFELDIVS *de dote perſonar. illuſtr. c. 2. Sect. I. §. 2. P. II. iurisprud. heroicae Struuianae p. 97. Tertia*, quae διαπαρθενιαν oſtendit & premium, quod pro opera nocturna, pro zona ſoluta, ob virginitatis florem decerptum in remunerationem irreparabilis diſpendii detur, vulgaris admodum eſt, traditaque ab HARTMANNO PISTOR. *L. I. qu. 44.* MOLLERO *L. I. Semeſtr. c. 32.* SCHMIDIO *comment. ad ius Boicum tit. 1. art. 1. n. 17. Tit. 2. art. 1. n. 6. p. 12. 181.* MTLERO *ab* EHRENBACH *Gamolog. c. 16. §. 5.* MEVIO *ad ius Lubecenſ. P. II. Tit. 2. art. 12. n. 193.* FABRO *Cod. Sabaud. L. 7. def. 1. n. 9.* LVPIN *de donatione matutina theſ. 1.* BESOLDO *theſ. pract. u. Morgengabe*, HERMANSONIO *de ritibus nuptiar. apud veteres Sueo-Gothos Sect. 1. §. 9.* WACHTERO *gloſſar. German p. 1092.* PETR. MARCELLO RICCIO *de matrimonio ad morganaticam contracto c. 1. §. 7.* & ab ſexcentis aliis, quorum globum iam non cogo. Nunc equidem ingenue fateor, eſſe in hoc dogmate, quae hircum egregie olent, inficetisque multis concluſionibus feneſtras aperiunt, vt pote cum non tam meretricium ſit exigere vectigal ab amatoribus, quibus, locatur corpus & ad calentem libidinem porrigitur venter, quam perſuaſio illa Doctorum fere intolerabilis, datum aliquid inverecundiae rependendae cauſa, quaſi mulier inuerecunda atque impudica cenſenda, quae amplexus mariti non defugit, aut illa ſeſe proſtitueret, quae procreandae ſobolis gratia atque ad genus humanum immortale efficien-

Morgengabae ratio quae in Germania antiqua.

cien-

ciendum amori indulget nequaquam inceſto atque illicito. Ad ſordes itaque Doctorum interpretumque & ad nugas *de quibus nemo legislatorum aliquid ſomniauerit*, illam cauſam datae Morgengabae retulit *de* LVDEWIG *in differentiis I. R. & G. in dote mariti diff. 1. §. 12*, in quo vltimo tamen nimius ille fuit ſcripſitque ex intentione, cui non reſpondet generalis intentionis euentus. Quicquid enim eſt, inueterata & antiquior, quam vulgo creditur, videtur opinio, in penſationem ereptae virginitatis aut expugnati pudoris remunerationem antelucanam excogitatam eſſe, & cum acutiſſimo GVNDLINGIO *c. IV. §. 26.* haud reos peregerim ICtos Hiſpanos & Italos, quod *ex lege 24. C. de donat. inter virum & vxorem*, in qua *praemium pudicitiae* occurrit, id rationis inſulſe perquam exquiſiuerint inque ſcholis & in voluminibus ſuis ad plures infelici errore propagauerint. Certe enim SNORRO ille STVRLAESONIVS, Islandiae Nomophylax, qui a. 1215 *Eddam* ſermone patrio congeſſit & in II. partes digeſſit, ſacratiſſimi Iuſtiniani codicem non magis vidit, quam Theogoniam illam arctoam oculis vſurparunt Hiſpani & Itali. Et tamen reſediſſe ab vltima aetate pectoribus boreadum, de virginitate & pudicitia *Morgengabae* cauſa, inſulſum illud commentum, vel ex hoc intelligitur, quod munuſcula illa, quae altero poſt noctem nuptialem die maritus nouellae vxori obtulit, in *Mythologia LXXIII. & LXXIV.* diſerte vocentur *Lynſie*, h. e. premium pudicitiae & virginitatis, ita interpretantibus viris linguarum ſeptentrionalium peritiſſimis GEORGIO HICKESIO *epiſtola ad Ottleium T. I. Theſaur. lingu. ſeptentr. praefixa p. 10.* ipſoque Eddae editore RESENIO *in not. ad eandem p. 17.* Idem rationis *in iure* BAVARICO *veteri a. 1346.* a conſultiſſimo Altorfienſium anteceſſore, IO. HEVMANNO *Opuſcul. iutis Germ.* edito, *Tit. XII. p. 88.* adducitur, & Morgengabam in premium interfectae virginitatis ſibi datam mulier expreſſe commemorabat: *Und iſt ſie eine Juuckfrow geweſen, ſo ſoll ſie ſwern, das ir ir Wirt die Morgengab gegeben hab ũm die höchſte Ere, die ir Got ye geben hab*, (quis autem honor ſexus eminentior cogitari poteſt virginitate?) *damit hab ſie ir Morgengab beſtät als recht is*, quibus addo nouum argumentum, apud Armorienſes non ſolum Morgengabam dici conſueuiſſe

Gundlingius refellitur.

uisse *Enepguerch*, quod LOBINAEVS *dans l'hiſtoire de Bretagne Tom. II. p. 1792.* interpretatur *enep* contra & *guerch*, virginitas, i.e. oblatum pro virginitate pretium; ſed etiam *in titulo VII. iuris* OENIPONTANI ſupra laudati rationem doni huius matutini aperte reponi *wegen der Maegheit*, h. e. propter virginitatem, quae Francis, Anglo-Saxonibus, Islandis effertur *magathei*, *maedenhad*, *magadheit*, *meydem*, *Magdtum*. Vnde in lege Anglo-Saxonica ALFREDI *c. 12. p. 29. edit.* WILKINSII pretium prudicitiae, quod pater ſtupratoris ancillae ſtupratae ſoluit, audit *that weorth ſy hyre Maegbthades*. Et eiusmodi farinae plura ex aliis Morgengabae nominibus, quae vix ediderim coram Catone, quamuis plurium gentium linguis frequententur, apponere poſſem, ſi prolixo ſtudio digna eſſet hiſtoriola illa. Obiectio interim, *nec viduabus, quibus neque natura neque praetor reſtitutionis in integrum tabulas ſcripſit, Morgengabam denegari hodie*, ſponte in fumum abit, & temere exinde dubitatur, quin Morgengabam in redhoſtimentum virginitatis excogitauerint veteres? Nam nouioris & benignioris ſaeculi hoc eſſe inſtitutum, vt munus antelucanum in viduas derivetur etiam, nemo non facile attendit. *Vniuiras* mulieres enim ſuſcepit Germania antiqua, & memoriae prodidit TACITVS *de M. G. c. 19: virgines nubunt & cum ſpe votoque vxoris ſemel tranſigitur. Sic vnum accipiunt maritum, qui modo vnum corpus, vnamque vitam, ne vlla cogitatio vltra aut longior cupiditas.* De feminis autem viduabus in amplexus novelli mariti ruentibus in ſeptentrione veteri aeque cogitaueris, quam de vſu metaphyſicae Scholaſticae & de Ariſtotelis εντελεχια cogitaueris apud Moluccos & Cyclopes, in Septentrione veteri inquam, quae tumulum, non torum, ſed vel rogum vel laqueum pro lecto geniali & nuptialibus taedis feminae deſtinauit, marito extincto. Teſtes ſunt MELA *de*

ſitu

ſitu orbis L. II. c. 2. PROCOPIVS *de bello Gothico L. II. p. 256. edit.* GROTII, SAXO GRAMMAT. *hiſtor. Danic. L. I. p. 14. L. 7. p. 171.* SNORRO STVRLAESON *in Edda Mytholog. 43.* BONIFACIVS *epiſtol. 19. ap.* SERRARIVM, CLVVERIVS *Germ. antiqu. L. II. p. 396.* variaque exempla, quae admirationem excitant, quantum ſpes renouandi in altera vita amoris infuderit ſecuritatis & ignominioſae mortis dulcedinem, ex ſcriniis arctoae antiquitatis adduxerunt KEISLERVS *Antiquit. Septent. & Celt. p. 147.* HARTKNOCHIVS *diſſert. hiſtorica XIII. §. 6.* Dn. VIETHENIVS *Deſcript. Dithmarſ. P. II. c. 10. p. 124.* HENNEBERGERVS *Boruſſ. veter. f. 23.* THOMAS BARTHOLINVS *de cauſis contemptae apud Danos mortis L. II. c. 10. p. 506.* in quo mihi egregie placuit teſtimonium ODDONIS *Monachi in vita Olai Trygguaſoni regis Noruagiae c. 2.* (Olef Tryggwaſon Saga) legem patriae (*log á landi*) memorantis, quae, ſi ex coniugibus maritus moreretur, ſuperſtitem vxorem tumulo ſimul iuberet inferre. Stupratae vero quin emtores invenerint & opera miſericordiae expertae fuerint valde dubito, cum infames eas habitas niſi ſtupratori nupſerint, teſtatiſſimum ſit ex innumeris veterum monumentis, quae breuitatis ſtudio non adſcribo. Vide interim HVTHIVM *Spec. iur. Germ. de his qui notantur infamia.*

(q) Vide pacta dotalia inter HENRICVM, Seniorem ducem Brunſuicenſem, nomine filii Henrici iunioris & VDALRICVM, ducem Wurtenbergenſem nomine Mariae Sororis a. 1510 ſignata apud MTLERVM *ab Ehrenbach Gamologia c. XVII. §. 2: Es ſoll auch unſer Hertzogs Heinrichs des ältern zu Braunſchweig Sohn, die obgemeldte ſeine Gemahlin Fräul. Maria, ſo er* BEYGESCHLAFFEN *hat,* BEMORGENGABEN, *nach ſeinen Ehren und Gefallen;* tabulas dotales GVILIEL-

LIELMI ducis Saxo Altenburgensis & SOPHIAE Wurtenbergicae a. 1538 confectas apud DITHMARVM *codice diplom. Cliuiae n. 130: Es soll auch Seine, Hertzogs Friedrichs Wilhelms Lbden, Fräulein Sophia, dero Gemahlin den* MORGEN, *da Jhr. Lbden* BEYGESCHLAFFEN *haben*, BEMORGENGABEN *mit 8000 Gulden obgemeldter Wehrung*; instrumentum dotale BOTHONIS comitis Stolbergensis & ANNAE Konigsteinii a. 1499. apud LVNIGIVM *im Reichs-Archiv Vte Abtheil. p. 306: Dazu soll Graf Botte von Stollberg obgenandt unsre Nifftel von Königstein, so bald der* EHELICHE BEYSCLAFF GESCHEHEN *ist, ihr zu* MORGENGAB *geben und vermachen 1000 Gulden Haubt-Stuhl Geldes*, tabulas dotales PHILIPPI, Marchionis Badensis & SYBILLAE Iuliacensis a. 1586. apud DITHMARVM *l. c. n. 133: Hergegen soll hochgedachter Hr. Hertzog Philipps Marggrafe alsbald solch* EEHLICH BEYLIEGEN *geschehen, seine versprochene Gemahlin, hochgenandte Fräul. Sybillen mit einer Fürstl. Morgengab versehen und begaben.* Taceo plures formulas eiusmodi commatis de Morgengaba exsoluenda, *nach gehaltenen Beyschlaff &c.* quas lege in pactis nuptialibus ap. LVNIGIVM *spicil. secul. p. 168. 314.* LVDOLPHVM *de iure feminar. illustr. App. P. III. p. 68.* THVCELIVM *Actor. publ. T. II. p. 162. aliosque plures.*

(r) Vnde Morgengaba appellationem apud Suecos traxit *Hindradax gaf, Hintertag.* LOCCENIVS *Synopf. iur. Suet. diff. VIII. n. 2. §. 1. p. 171.* LVNDIVS *ad Leges Westro-Goth. p. 101. Leges* VPLANDICAE *tit. III. c. 4. p. 30:* "Hindradaax um morghin, tha aaber bonde „ husfru sina bedhra, ok hänni morghin giaf giwa. h. e. *Postridie nuptiarum tempore matutino debet pater familias vxorem suam honorare eique donum matutinale dare.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1866203509/phys_0062
DFG

MANTISSA POSITIONVM
ADDITA IN GRATIAM DISPUTANTIVM.

I. Iuris Saxonici receptionem in Holsatia constantissime negamus, quin, ne recipi vnquam illud ius apud Holsatos potuisse propugnabimus. Quapropter anxias ICtorum domesticorum disputationes de definiendo termino receptionis, quem vel ad initia Saeculi XII, vel ad tempora comitum dynastiae Billingicae Holsatis imperantium, vel ad tempora composirae Ordinationis prouincialis reiiciunt, otiosas & de lana caprina iudicamus.

II. Erroribus tantum non manifestis communem accensemus assertionem, omnem Germaniam Saeculo XIII. seq. iure vel Saxonico vel Sueuico distinctam fuisse. Redolet potius iuris Germanici distinctio in Franconicum & Saxonicum, licet in Aurea Bulla Tit. V. prodita, vngulas Bartoli, qvi oeconomiam legum Germanicarum supine ignorauit & fundamentum diuisae prouisionis imperii inter Saxonicum & Palatinum Electorem iecit, fragile admodum omnique certitudine destitutum.

III. Laudanda est Repkouii cura in colligendis Saxonum iuribus posita. Superstitionem autem produnt & incuriam, qui pro complexu iuris Saxonici illud Repkouii speculum habent, vel qui ex eo autoritatem iuris Saxonici definiunt, vel ipsum Speculum, librum dogmaticum, iuris scripti Saxonici codicem suspiciunt. Id quod idem est, ac argumenta Iuris Romani aestimare ex Accursio & Gaii institutiones pro complexu iuris ciuilis venerari & pro iure ἐγγραφῳ.

IIII. Saepiuscule in Epkouium cadit illud Mutii: Turpe est patricio ius, in quo versatur, ignorare. Vnde genuina iuris Saxonici principia non satis certe diiudicantur est Speculo Saxonico, sed fides argumentorum Speculi exigenda ad instituta Anglo-Saxonica, Batauica

uica & Saxoniae consuetudinaria. Quam tutissimam ex his fluctibus emergendi viam putamus, rati quippe, Saxonici iuris optimam interpretationem non in Saxonia & in ICtorum Saxonicorum voluminibus, sed extra Saxoniam & apud Anglos potissimum esse quaerendam.

V. De articulis XIV. Speculi Saxonici in concilio Basileensi ab Eugenio IV. P. P. reprobatis, multum differunt scriptores historiae iuris Saxonici. Sed fabellae, quicquid id est, proxime accedere, nec vnquam in concilio Basileensi Speculi Saxonici articulos sub incudem vocatos damnatosque, non contemnendis argumentis probatum ibimus in conflictu.

VI. Legis Saxonum vetustae, quam Lindenbrogius, Heroldus, Leibnitius ediderunt, prima stamina ad Saeculum V, emendationem vero ad tempora Caroli M. reiicimus.

VII. Assertioni vulgari, fragmentum huius legis saltem ad nos peruenisse, cum multa, quae veteres ex lege Saxonum citent, in hac lege desiderentur, plane non subscribimus, siquidem maxima iuris Saxonici pars in consuetudinibus resedit & in iure non scripto.

VIII. Opusculum illud, indice *des Sächsischen Richsteiges* conspicuum, quod & communem & feudalem litigandi modum & ipsam criminum vindicandi rationem luculentissime describit, iure vocamus libellum tribunalium vel protribunalium Saxonicorum.

IX. Usus poematis, *Reincke der Vos*, in explicando & illustrando processu Saxonico criminali intelligendisque variis ritibus Saxonum iudicialibus, est praestantissimus, & monumentum hocce elegantis ingenii poëtae, iudicio subacto, doctrina morali, rerumque cognitione vbique instructi, multis Graeciae & Latii monumentis, quin Virgilio & Homero opponi potest, si Germani iustum pretium rebus suis statuerent.

X. Hi-

X. Historiam autem fataque Reginardi, s. Reinhardi comitis, qui Austrasiae regem Zuentiboldum, cuius consiliarius & tandem ab ipso relegatus ille fuit, variis artibus in arce sua firmissima Durfos tutus latens delusit, modo Franco-Gallos, modo Germanorum regem aduersus ipsum concitando, adumbrari in hoc opusculo non minus coniicimus, quam compositum illud opinamur circa initia Saeculi XIII, tempore Ottonis IV. Imperatoris. In Germanicum idioma autem non ante versum fuit, quam sub finem Saeculi XV, auctore Henrico Alckmarienſi, quae translatio Lubecae 1498 impressa est,

XI. Proindeque Nicolaum Baumannum, principis Iuliacensis & dein Magni Ducis Mecklenburgensis Secretarium, qui post 24 annos eandem vulpeculam tanquam opus suum typis denuo subiecit, nihilque eidem praeter notas suas adiecit, inter insignes plagiarios referimus.

XII. Ridicula est, quae animos plurium occupauit, persuasio, vsum studii etymologici in iure Germanico non nisi esse theoreticum, cum pragmaticus eius vsus se quotidie exserat in ipsis rerum argumentis, quae adcurate definiuntur ex praesidiis etymologiarum & linguae Theotiscae, Gothicae & Anglo-Saxonicae.

XIII. Guntheri Ligurinum, a iuris feudalis Longobardici interpretibus tantopere commendatum & in fontibus iuris clientelaris fere repositum, scriptorem dicimus suppositium, insignibus νοθειας indiciis laborantem, parique passu ambulantem cum fictitio Berosо, Manetha, Darete Phrygio aliisque eiusdem furfuris scriptoribus.

XIV. Sententia, qua statutorum Hamburgensium origo Sosatensis dicitur, historiae & monumentis omnino est probata, & siculneis armis nullosque habituris triumphos eam oppugnauit nuperus scriptor, ciuis Hamburgensis.

XV. Succeſſio Geradica & Hergewettica non ſaltim eſt iuris Saxonici, ſed communis Germanici.

XVI. Legitimationem per ſubſequens matrimonium ignorat ius Saxonicum, & verius eſt, neque ſucceſſionem feudalem, neque iura legitimorum, per ſubſequens matrimonium ex eius iuris principiis liberis tribui.

XVII. Immotum manet Germanicae ſucceſſionis principium, in bonis auitis non ex beneficio vltimi poſſeſſoris, ſeu vltimi defuncti, quippe qui nec dare nec adimere poteſt hereditatem a maioribus traditam, ſed ex pacto & prouidentia maiorum ſuccedi, & linealem ſucceſſionem, lege, vſu & conſuetudine tantopere ſtabilitam, non vero gradualem ſucceſſionem, proram puppimque abſoluere in his rerum argumentis.

XVIII. Iure Saxonico heredem non obligari vltra vires hereditatis mobiliaris, & ne ex bonis quidem immobilibus nomen defuncti expungendum ab herede, id quidem optima & conſultiſſima nititur ratione.

XIX. Clericorum & feminarum iura in multiplicibus iuris Cimbrici & Saxonici argumentis eadem ſunt & ſimilia. Nam & Clerici & feminae in rebus expeditoriis ſucceſſio nulla. Clerici & feminae feudorum regulariter ſunt incapaces. Vtrisque in bonis auitis via ſucceſſionis obſtructa. Et clericus & femina a Burgmanniatu excluditur. Et clerici & feminae tutelae ſubſunt, & fruſtra in iudiciis experiuntur absque curatore. Contra & Clericus & femina Geradam capit maternam, cuius maſculi alioquin ſunt incapaces. Concinnam haec omnia agnoſcunt rationem, ſed, quam cauſam introductae ſucceſſionis Geradicae clericalis adducunt, nempe & premium precationum a clericis fuſarum, & compoſitionem damni, quod ab excluſione a rebus expeditoriis ſentirent clerici, in figmentis habemus anilibus.

XX.

XX. Ius fasciae capillaris, die Huvenbands-Gerechtigkeit, non debetur si maritus bonis cedat, neque si concursus bonorum post mortem mariti existat.

XXI. Disputatur, an vxor dotalitata ad cautionem praestandam & ad inuentarium conficiendum teneatur? negabimus problema.

XXII. Falsum est vulgare assertum: omnem obligationem vel ex contractu descendere, vel ex delicto. Datur enim alia species, obligatio ex lege. Recte inde colligimus, obligationem produci vel ex lege, vel ex pacto, vel ex delicto. Quam itaque effingunt ex quasi contractu orientem obligationem, nos quidem agnoscimus, aliunde tamen petendam ducimus, immediate scilicet ex lege, remotis reliquis figmentis.

XXIII. Ad crepundia & ad suaues lusus, non ad ICtorum dignitatem grauitatemque pertinet methodus, qua definitionum, axiomatum, theorematum, problematum, corollariorum titulis, vt cum fabis globulisque luditur. Puerilem, non virilem, monstrosam, non scientificam dicimus illam methodum. Scientifica methodus, ipso Perill. L. B. de Wolf monente, exigit definitiones, per quas definitum ita determinatur, vt cetera, quae eidem necessario conveniunt, ex iis demonstrari possunt, tanquam ex assumtis; exigit propositiones, in quibus subiectum ita determinatur, vt ex iis, quae de eodem sumuntur demonstrari possit, praedicatum eidem conuenire; exigit denique demonstrationes, quae legitima ratiociniorum continua concatenatione, ex iis quae de subiectis sumuntur, tandem colligunt praedicatum. Huius methodi praestantiae & manifesto vsui in iurisprudentia nil quicquam detrahimus. Ad quem vero lapidem lydium si exigantur, quae circumuolitant plurium ICtorum neotericorum opellae, nil scientifici in illis deprehendimus, praeter magnificum methodi scientificae in rubro scriptum vocabulum.

* * * * * *

Vt cultura ſolet ſpem deſignare coloni
Et ſegetes, meſſis quanta futura notant.
Sic TVVS ingenuus ſtudii praenuntiat ardor,
Doctrinae quantas ſis habiturus opes.
Sic, iuuenis florens, magno conamine monſtras
Patria mox qualem ſit habitura virum.
Sed pergas ſtudii, moneo, perducere curas;
Solus habet conſtans praemia digna labor.

Praeſtantiſſimo Dn. EWALD iterum pulpita Academica conſcenſuro ex animo gratulatur

PRAESES.

CORRIGENDA.

p. 2. l. 2. del. *de*. p. 3. l. 11. *l. 96. §. 3. ff. de iure dot.* l. 69. §. 3. ff. de iure dot. p. 6. l. 11. pro l. 96. p. 5. l. 27. *Lubecenſiis*, Lubecenſis, p. 6. l. 27. *memorta*, memorata. l. 32. *alias*, alios. p. 7. l. 12. *autumatur*, autumat. p. 12. l. 9. *connubitu*, concubitu. l. 25. *peruerit*, peruenerit, p. 13. l. 8. *nequo*, neque. p. 15. l. 7. *Saxoniam*, Saxonicam. l. 17. *Gothici*, Gothrici. p. 18. l. 3. *obſeruari*, obſeruaui. p. 20. l. 13. *iudicio*, iudico. p. 26. l. 17. *iura*, iuris. p. 35. l. 14. *gallicinaceus*, gallinaceus. p. 36. l. 11. *intellexis*, intellexeris. p. 39. l. 13. *minutis*, minutiis. p. 49. l. 14. *ET*, ad. l. 31. *Wittebergenſis*, Witteburgenſis.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1866203509/phys_0068
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1866203509/phys_0072
DFG

is Saxo Altenburgensis & SOPHIAE Wurtenbergicae a.
s apud DITHMARVM *codice diplom. Cliuiae n. 130: Es*
ertzogs Friedrichs Wilhelms Lbden, Fräulein Sophia,
de MORGEN, *da Jhr. Lbden* BEYGESCHLAF-
FEN RGENGABEN *mit 8000 Gulden obgemeldter*
Wehrn m dotale BOTHONIS comitis Stolbergensis &
ANNAE 499. apud LVNIGIVM *im Reichs-Archiv Vte*
Abtheil. p. *Graf Botte von Stollberg obgenandt unsre*
Nifftel von *ld der* EHELICHE BEYSCLAFF GE-
SCHEHEN *ist*, ENGAB *geben und vermachen 1000*
Gulden Haubt-St las dotales PHILIPPI, Marchionis
Badensis & SYBILL 586. apud DITHMARVM *l. c. n.*
133: Hergegen soll h *Hertzog Philipps Marggrafe*
alsbald solch EEHLICH *schehen, seine versprochene*
Gemahlin, hochgenandte *einer Fürstl. Morgengab*
versehen und begaben. Ta las eiusmodi commatis
de Morgengaba exsoluenda, *n* *yschlaff &c.* quas le-
ge in pactis nuptialibus ap. LVNI *p. 168. 314.* LV-
DOLPHVM *de iure feminar. illustr.* THVCELIVM
Actor. publ. T. II. p. 162. aliosque plure

(r) Vnde Morgengaba appellatione axit *Hin-*
dradax gaf, Hintertag. LOCCENIVS *Synop* *III. n. 2.*
§. 1. p. 171. LVNDIVS *ad Leges Westro-Goth. p.* NDI-
CAE *tit. III. c. 4. p. 30:* "Hindradaax um morg de
„ husfru sina bedhra, ok hänni morghin giaf giw
nuptiarum tempore matutino debet pater familias v.
norare eique donum matutinale dare.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1866203509/phys_0073
DFG